



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1230. Usque Ad Annum 1248


Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1764

VD18 90118049

Liber LXXXII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66268](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66268)



HISTORIÆ
ECCLESIASTICÆ
LIBER LXXXII.

(∞∞∞∞∞∞∞∞∞∞∞∞)

INNOCENTIUS IV. PAPA.

FRIDERICUS II. IMP. OCCID.

BALDUINUS II. IMP. ORIENTIS.

§. I.

Innocentius IV. Papa.

Cum Sedes Apostolica diutissime va- Sæcul. XIII.
caret, & Cardinales conjecta in Cæ- A.C. 1243.
sarem rei culpa, Collegarum alio- Matth. Par.
rumque Præsulum captivorum liberta- an. 1243.
tem ab eo instanter peterent, anno 1242 p. 530.

D d 2 majore

Sæcul. XIII. majorem partem e custodia dimisit. Sed
A.C. 1243. Papæ novi electionem nondum procedere videns, per armorum terrorem eam
Ric. S. Ger. p. 1040. urgere statuit. Igitur an. 1243 mense Aprili numerosum ducens exercitum relicta Apulia Campaniam felicem intravit: deinde mense Majo Romam profectus, vastata omni vicinia, magnam urbem partem obsedit. Conquerebantur Romani, ac Cæsari exponebant, interregni diuturnitatem non sibi, sed Cardinalibus adscribendam esse, qui non modo singularium commodorum studiis, & animorum sensibus, verum etiam locis divisi, variis in urbibus abditæ hæerent. Ergo revocatis ille copiis edici jussit, ut Ecclesiæ atque Cardinalium, non aliorum terras devastarent. Tum Sarraceni, sub eo stipendia facientes, malique inter milites Christiani oppugnatam urbem Albanam ipsaque templa centum quinquaginta numero atrociter expilabant, ornamenta, calices, libros, & quidquid in rem suam vertere poterant, asportando, incolasque in extremam redigebant miseriam. Cardinales, ne cæteris Ecclesiæ terris idem fieret, Imperatorem, ut has direptiones sisteret, orantes, quamprimum se Papam electuros spondebant: & ille retexto edicto, quin etiam Jacobo Episcopo Prænestino ad Cardinales Collegas suos honorifice remisso, avocavit tandem

dem exercitum, ac Regnum repetiit suum. Sæcul. XIII.
A.C. 1243.

Galli quoque per legationem Cardinalibus in Romana curia instabant, ut ne differrent amplius electionem: *alioquin, ajebant, quæremus media vestram supplendi negligentiam, & nobis constituendi Papam cis alpes, cui morem gerere debeamus.* Matthæus Paris hoc referens addit, Gallos has minas intendere ausos esse ob suum jus antiquum S. Dionysio a S. Clemente datum, cum illum ad Occidentis populos sacram in expeditionem mitteret. Ergo id alibi non inveni.

Matth. Par. p. 532.

Die festo S. Joannis 24 Junii an. 1243. Cardinales denique Papam cooptarunt. Is erat Sinibalius Fiescus Genuensis e pro- sapia Lavanix Comitum, Cardinalis Presbyter S. Laurentii in Lucina. Anagninæ communi electus consensu, Innocentius IV. dictus, eodemque loco die lunæ 29 ejusdem mensis festo SS. Petri & Pauli inauguratus est. Apostolica Sedes unius anni & octo pene mensium spatio vacaverat, & Innocentius eam annis undecim ac dimidio tenuit. Mox Episcopis de sui electione pro more notitiam dedit, sacram in memoriam se commendans, ut liquet ex epistola ad Archiepiscopum Remensem ac ejus Suffraganeos 2. Julii data. Finit per memorabilem hanc clausulam: *Cæterum quia ejusmodi*

Id. p. 534.

Ric. S. Ger. p. 1040.

Raynald. 1243. n. 5. 6.

Lib. epist. 1. ap. Rain. n. 7.

D d 3 litte-

Sæcul. XIII. *litterarum latores interdum exactiões faciunt, vetamus, ne huic quidquam largiamini præter victum, ac necessarium, si forsan ægrotet, auxilium: quoniam se nihil accepturum juravit, & de sumptibus itineris aliunde provisum est.*

§. II.

Papæ Legati ad Imperatorem.

Cardinalis Sinibalius in Papam electus fuerat, quia Friderico erat charissimus, &, quod consequitur, eidem cum Romana curia reconciliando præ cæteris idoneus. Nuncium tamen Cæsari doluisse mirum fuit omnibus: & ipse rationem exposuit, *Prævideo*, inquit, *amicum antea Cardinalem inimicum mihi Papam fore.* Melphiæ tunc erat, cum rem comperit, totique regno suo preces indici iussit, ut Deo grates agerentur. Dein mense Julio ad Papam misit Berardum Archiepiscopum Panormitanum, & quinque Legatos, Girardum Teutonicorum Equitum Magistrum, Anfaldum Siculæ classis Præfectum, Petrum de Vineis & Thaddæum Sueffiensem Controversiarum Aulæ Cæsareæ Judices, atque Rogerium Porcastrellium Decanum Messanensem, sacello aulico præfectum. Dabat simul epistolam, in qua Papam veterem amicum suum, & ex nobili Imperii familia ortum

*Ricordano
Malesp. c. 132
Ricard. ibid.*

*Petr. de Vin.
I. ep. 33. &
ap. Rain.
n. II.*

ortum agnoscit, totam illi potentiam suam ad Ecclesiæ libertatem, honoremque tuendum offerens. Papa hac legatione benignissime excepta, de pace acturos tres Nuncios ad Cæsarem misit, Petrum Collimedium Archiepiscopum Rothomagensem, Guilielmum veterem Episcopum Mutinensem, & Guilielmum ad S. Facundi in Gallæcia Abbatem.

Petro, cujus sæpe jam meminimus, natale solum erat Campaniæ Italicæ locus quidam *Collis medius* nomine, quod ille hinc traxit. Honorio III. & Gregorio IX. a sacello fuit, ad plura negotia in Anglia primum apud Pandulphum Nuncium, deinde in Occitania contra Albigenses adhibitus. Archiepiscopatu Turonensi, Episcopatu Tarvannensi aliisque recusatis, Præpositi Audomarensis munere contentus fuerat: quin etiam hoc abdicavit, ut Canonicus Regularis in Monte S. Eligii prope Atrebatum fieret. Postquam Mauritius Archiepiscopus Rothomagensis 13. Jan. an. 1234. mortem obierat, suffragiis absque effectu initis sedes supra 18. menses vacavit. Anno sequente die Veneris intra Octavam Paschatis nempe 13. Apr. Petrus Collimedium una omnium voce in Archiepiscopum postulatus, cum repugnaret, a Papa per legationem rogato vi obedientiæ jussus, mense Octobri Parisiis in ædibus

Sæcul. XIII.

A. C. 1243.

Sent. in Frid.
to. XI. conc.
p. 640.

Ughell. to. I.

Gall. Chr.

to. I. p. 586.

Chr. Rotho.

to. I. bibl.

Lab. p. 376.

Sæcul. XIII. Templariorum tandem consensit, Inauguratus vero non est nisi Dominica decima post Pentecosten mense Augusto an. 1236, nimirum postquam Papa ipsum ab imposita per imperium necessitate ad consecrationem Romam veniendi absolverat. Pallium ei attulerunt illi, quos ea de causa miserat, & in Metropolitana Ecclesia sua solenni ritu consecratus fuit.

p. 377. Anno 1241. cum ad concilium a Papa Gregorio IX. convocatum iter faceret, in triremi Genuensi captus & dimissus cum aliis est: atque ita apud Papam erat.

Sup. Lib. LXXIX. §. 7. Guilielmus Episcopus Mutinensis erat is ipse, qui relicto hoc Episcopatu, in Livonia cæterisque septem trionum partibus tam diutinos labores exhauferat.

Rayn. 1239. §. 41. 42. Et. Abbatem ad S. Facundi tanquam hominem fidum Papæque ac Cæsari reconciliandis idoneum ad Gregorium IX. Ferdinandus Castellæ Rex an. 1239. miserat. Cum enim Papa ad suppeticas sibi contra Fridericum mittendas Ferdinandum sicut reliquos Principes stimulasset, is per bellum sibi cum Mauris gerendum se excusabat, præterquam quod sibi in emolumentum filii sui amicitia Imperatoris fovenda esset: atque hæc Abbatem ad Papam referre jusserat. Tales erant tres Nuncii, quos Innocentius IV. ad Fridericum misit, & paulo post in Cardinalium numero collocavit.

Man-

Mandatorum, quæ illis dedit, hæc Sæcul. XIII.
 erat summa. Poscerent libertatem o- A. C. 1243.
 mnium Præfulum cæterorumque Eccle- Rayn. 1243.
 siasticorum, quos Genuensibus in triremi- n. 14.
 bus captos Imperator adhuc in custodia
 detineret. Acciperent ea, quæ ad abo-
 lendas anathematis in se contorti causas
 agere paratus esset. Offerrent satisfac-
 tionem Ecclesiæ nomine, siquam Frideri-
 rico injuriam attulisset, dicerentque, Pa-
 pam esse promptum ad convocandos se-
 curum in locum Reges, Præfulesque ac
 Principes tam profanos quam sacros, eo-
 rumque iudicio relicturum, ultra pars
 conquerendi rationes haberet. Postula-
 rent etiam, ut pax ad cunctos Papæ a-
 micos & cultores extenderetur. Sed o- Ibid. n. 17.
 peram luserunt, Cæsare ejusmodi quere-
 las & petitiones faciente, quibus haud
 cedendum putabat Innocentius. Inter- Ric. S. Ger.
 im multæ Italiæ urbes, inter alias Viter- p. 1041.
 bium ad officium & sub ditionem Papæ Matth. Par.
 redierunt, Friderici fama ad metas hæ- p. 557.
 rente. Summum Pontificem sub finem
 Octobris relicta Anagnia Romam dela-
 tum Senatus populusque magno exceptit
 honore; & Raymundus Tolosanus Co- Ric. p. 1042.
 mes etiamnum in Italia commorans il-
 lum adiit de conficienda inter ipsum &
 Cæsarem pace acturus.

Sæcul. XIII.
A. C. 1243.

§. III.

Dioeceses Borussicæ.

Chr. Pruss.
p. 477.

p. 123.

Guilielmus Episcopus Mutinensis, cum Anagninæ Papam edocuisset de Religionis progressu in Borussia, ubi Legatum egerat, per victorias Equitum Teutonicorum facto, illam plures in Episcopatus partiri, & singulorum fines designare jussus, id effectum reddidit per patentes litteras Anagninæ 4. Julii an. 1243. datas. Omnem ibi regionem quatuor in Dioeceses dividit: primam nominat Culmensem, & ad occidentem per Vistulam concludit; alteram vocat Pomesanensem, longius ad septem triones porrectam, ejusque Ecclesiam Cathedralem in insula Mariæ seu Marienverda collocat: tertiam appellat Varmiensem, ad occasum mari, ad ortum Lituania terminatam, & illius sedem Brunsbergæ figit: quartam nuncupat Sambiensem, præcæteris ad septem triones prolatam, cujus sedem Fischusii ad mare ponit: hic tractus nondum Christianus erat. Sic constitutis Episcopatum limitibus Legatus addit:

Et quia Equitibus Teutonicis sumptuum & pugnarum onus totum incumbit, terrasque tanquam prædia beneficiaria permultis incolis possidendas tradere

dere coguntur, quamlibet Borussiae ter-
 ram tres in partes divisimus, quarum u-
 nam, quamcunque volet, Episcopus, re-
 liquas Equites habebunt cum plena ju-
 risdictione cunctisque juribus, exceptis
 rebus spiritualibus, quæ etiam in duabus
 tertiis Equitum partibus ad Episcopum
 pertinebunt. Hanc partitionem Papa
 ratam habuit per litteras eodem anno
 8 Octobris ad Magistrum ac Equites Or-
 dinis Teutonici datas. Sed 30 Julii E-
 piscopo Borussiae scripsit, mandatum Le-
 gato impositum, & quomodo hic illud
 confecerit, declarans, jubensque Episco-
 pum novarum Dioecesium aliquam sibi
 eligere, alienationes forsitan factas rete-
 xere, ac temporalia Ecclesiae suæ bona
 e manibus Legati Ecclesiam Romanam
 exhibentis accipere.

Sæcul.XIII.
 A.C.1243.

p. 479.
 p. 480.
 Rein.1243.
 n. 32.

Hic Borussiae Episcopus, Christianus
 nomine, antea monachus Cisterciensis,
 per triginta jam annos hujus provinciae
 ethnicis ad sanam fidem adducendis o-
 peram dabat. Elegit Dioecesim Culmen-
 sem, & cum paulo post mortem oppetiis-
 set, ei Henricus ex Ordine Fratrum Præ-
 dicatorum successit. Primus Varmien-
 sium Antistes fuit Anselmus Misniensis
 Ordinis Teutonici Religiosus. Bruns-
 bergæ primum, dein Elbingæ fedit. Pro-
 stravit quercum, quam Borussi Curcho
 idolo suo dicaverant. Ernestus ex Ordi-
 ne

Sup. Lib.
 LXXVII.
 §. 19.
 Sup. Lib.
 LXXIX.
 §. 6.
 Sup. Lib.
 LXXX.
 §. 2.
 Chr. Pruss.
 diff. p. 222.
 p. 213.

Sæcul. XIII. ne Fratrum Prædicatorum Pomeraniæ
 A.C. 1243. Sedem primus & 22 annis scilicet ab an-
 no 1247. usque ad 1269. tenuisse fertur.
 Denique Sambiensibus primus præfuit
 p. 225. Henricus Brunensis, cum Ottocaro Bo-
 hemiæ Rege in Borussiam delatus. Hi
 p. 227. Episcopi effecerunt, ut multæ Ecclesiæ,
 nec pauca monasteria, etiamnum cele-
 bria, conderentur.

§. IV.

Ecclesia Anglicana.

M. Par.
 p. 494.

p. 455.

p. 535.

Ad sedem Cantuariensem ab obitu S. Ed-
 mundi vacuam Rex Henricus Boni-
 facium Reginae Eleonoræ conjugis suæ
 avunculum, jam electum Episcopum Bel-
 licensem promoveri volebat. Itaque
 monachi Cantuarienses illum anno 1241,
 in Archiepiscopum suum elegerunt. Haud
 compererant, eum doctrina, probis mo-
 ribus, ac dexteritate tantum ad munus
 necessaria pollere: solummodo Reginae
 avunculum, ac egregia tum oris specie
 tum corporis statura esse sciebant: sed
 Regi gratificabantur, qui Papæ conjun-
 ctissimus, si alium cooptarent, ad abro-
 gandam electionem facile obtentum ali-
 quem inveniret. Nonnullos tamen mo-
 nachos hujus suarum mentium imbecil-
 litatis poenituit, quam vindicaturi ad Or-
 dinem Carthusianorum transibant. Rex,
 ut

ut Bonifacii electionem fulciret, suaden- Sæcul. XIII.
 te Regina eum tanquam virum a litte- A. C. 1243.
 ris & moribus suis maximopere commen-
 dandum, etsi nihil de iis sciret, describi
 curavit; & huic scripto per suum ac ple-
 rorumque Angliæ Episcoporum & Abba-
 tum sigilla auctoritatem addidit, multis
 id testimonium contra conscientiam suam
 dare recusantibus. Hac testificatione
 Romam missa Papa Innocentius Cantua-
 riensem Bonifacii electionem approbavit
 an. 1243.

Interea Vinconiensis monachi a Gui- Matth. Par.
 lielmo Sabaudo Bonifacii fratre liberi, p. 495. 509.
 nixique litteris Papæ suffragiorum liber-
 tatem tuentis, Guilielmum Relium, tunc
 Episcopum Norvicensem, constanter cu-
 piebant, & in Episcopum suum postula-
 verant. Rex indignatus quosdam ho-
 mines an. 1241. Vinconiam misit feroci-
 ter quæsituros, quinam essent ii, qui obe-
 dientiam detrectantes, in postulatione
 Guilielmi Relii animos obfirmassent? I-
 gitur post indagacionem aliquam illi mo-
 nachi, qui fontes videbantur, nulla sa-
 crorum Ordinum, aut senectutis, alia-
 rumve qualitatum ratione habita in car-
 cerem missi, fame, frigore, variisque in-
 commodis vexati, verberibus ac injuriis
 affecti sunt. Volebat simul Rex, ut Nor-
 vicensis Episcopus per sui postulationem
 ad sedem Vinconensem obtentum jus
 (con-

Sæcul. XIII. (consenserat enim) scripto abdicaret. Sed
 A.C. 1243. is hoc renuens, si a Pontifice Maximo

p. 535.

p. 536.

p. 537.

illuc transferatur, ei morem a se gerendum dicebat. Quæ repulsa Regis iram exacuit, præsertim, cum Papa Innocentius Vinconensem Guilielmi electionem an. 1243 ratam habuisset, ac monachi Norvicenses alium Episcopum, nempe Gualterium Sufeldium Regi sisterent.

Is suam hunc novum in Antistitem iracundiam non dissimulavit. Et primo quidem post suum ex Aquitania reditum toto Nobilium maximeque Præfulum ordine ad osculum admisso, illum unicum arcens ne verbo quidem amico dignabatur. Deinde milites præsidarios in Episcopatus terras misit, quibus plus mali, quam iussi erant, intulerunt. Sed & portas Vinconixæ, ne Episcopus eam intraret, arcte custodiri voluit. Etiam edici præconis voce curavit, ne quis illi tectum, nequis victum seu gratis, seu pretium solventi daret, ni Regis ac Regni hostis haberi velit. Omnem sustentationem illi adempturus, Episcopatus Norvicensis proventus occupari iussit, & Romæ per nuncium petiit, ut illius translatio irrita redderetur velut per dolum impetrata. Præsul sic secum agi videns, nudis pedibus ad aliquam Vinconixæ portam cum Clero suo venit, ac Ecclesiam suam adeundi copiam demisse postulavit.

stulavit: sed clausa erat, & Consul ac Sæcul. XIII.
 ministri Regii superbe rejectum injuriis A. C. 1243.
 onerabant. Eodem modo ad singulas
 portas accessit; & singulis exclusus, ur-
 be cum templo Cathedrali aliisque omni-
 bus interdicto affectis, e monachis illos,
 qui partes ipsius deseruerant, anathema-
 te perculit.

§. V.

*Petrus Charlotus Episcopus Novio-
 dunensis.*

Per triennium S. Ludovicus instabat, ut Gall. Chr.
 cognati sui Petri Charloti electio ad to. 3. ep. 8. 9.
 Episcopatum Noviodunensem approba- Du Tillet.
 retur. Is erat filius illegitimus Regis Phi- p. 103.
 lippi Augusti, atque ut beneficia obtine-
 re posset, Patris sui rogatu a Papa Hono-
 rio III. ingenuis adscriptus, & cum quin-
 decim annorum esset, Turonibus ad
 S. Martinum thesauro præfectus fuit, ut
 Poëta Guilielmus Brito præceptor ejus
 testatur. Nicolao Raugensi Episcopo Duchesne
 Noviodunensi mortuo, quod 13. Februa- to. 5. p. 256.
 rii 1240, factum, Petrus Charlotus suc- Alberci.
 cessit assentiente Archiepiscopo Remensi: 1240.
 & quia tantum Hypodiaconus Ecclesiæ
 Romanæ erat, a Legato Jacobo Episco-
 po Prænestino in Diaconum consecratus
 est. Verum Papa Gregorius assererat,
 Petrum ob sui traductionem inter inge-
 nuos

Sæcul. XIII. nuos potuisse solum dignitates minores
A. C. 1243. suscipere, non Episcopatum, cujus ex-
 pressa mentio in facta legis gratia fieri
 debuisset. Itaque per litteras 5 Jul. 1240.
XIV. ep. 115 ad Archiepiscopum Remensem datas &
ap. Rain. electionem & approbationem declara-
1240. n. 30. vit nullam: Legatum quoque reprehendit,
 quod Petro Diaconatum contulerit. Gregorius tunc in S. Ludovicum haud
 fatis æquo erat animo, quia eum ad bellum Imperatori inferendum permovere
1. ep. 254. 262 haud potuerat. Sed Innocentius tracta-
Rain. n. 31. bilior in S. Ludovici gratiam an. 1243.
 electionem Petri ratam habuit, qui se-
 dem Noviodunensem sex annis tenuit.

§. VI.

Errores condemnantur.

Matth. Par. Eodem anno 1243. post diem festum
p. 541. S. Michaëlis inchoatis rursus ex more studiis damnati sunt multi errores, quos Theologiæ Professores docuerant, ii præcipue, qui inter Fratres Prædicatores Minoresque eminebant, & curiositati æque ac subtilitati suarum inquisitionum nimis indulserant. Huic malo medicina ut fieret, congregati Præsules auctoritati sacri Codicis insistentes condemnarunt decem puncta sequentia. 1. Essentia divina non videtur in se vel ab homine glorificato, vel ab Angelo. 2. Quamvis essentia

essentia divina sit eadem in Patre, Filio & Spiritu Sancto; non tamen sub ratione formæ in Spiritu Sancto eadem est, quæ in Patre ac Filio simul sumptis. 3. Spiritus Sanctus, quatenus est amor sive nexus, non procedit a Filio, sed a Patre solo. 4. Ne sanctissimæ quidem Virginis, multo minus alius Beati corpus aut anima cum Angelis in cœlo empyreo erit, sed in aqueo seu crystallino supra firmamentum. 5. Malus Angelus a primo creationis instanti malus fuit. 6. Haud una tantum veritas, quæ non erat Deus, ab omni æternitate fuit. 7. Angelus in eodem puncto temporis diversis in locis, immo ubique, si velit, esse potest. 8. Primum instans, principium, creatio & passio nec creator sunt nec creatura. 9. Angelus malus, fulcrum seu adminiculum, quo subsisteret, nunquam habuit, uti nec Adamus in statu innocentia. 10. Qui meliores habet dispositiones naturales, habebit necessario majorem gratiam & gloriam.

Præsules, dum hæc errata damnabant, simul in illos, qui ea defenderent, anathema intorquebant, cuilibet errori veritatem contrariam, quæ credenda esset, opposites. Ita rem Matthæus Paris refert; sed alibi legimus, anno 1240. Guilielmum Episcopum Parisiensem eosdem errores in quibusdam scriptis inventos

Sæcul. XIII.
A.C. 1243.

Bibl. PP.
Paris. to. 4.
p. 1142.

Hist. Eccles. Tom. XX.

E e tos

Sæcul. XIII.

A.C. 1243.

tos condemnasse, cum hunc in finem omnes Professores Parisienses convocasset. Non tamen id obstat, quin illi post triennium numerosiore in confesso damnari potuerint.

§. VII.

Querelæ de Religiosis Mendicantibus.

Matth. Par.
p. 549.

Eodem tempore inter duos Ordines Mendicantes exorta est controverfia, uter potiores haberet partes? Fratres Prædicatores dicebant: *Nos sumus priores: vestimur honestius: ad verbi divini præconium, quod est munus Apostolicum, destinati sumus, & ab illo nomen cepimus.* Fratres Minores reponebant: *Amore Dei genus vivendi austerius ac demissius & hoc ipso sanctius amplexi sumus. Unde factum, ut vos transferre ad nos possitis. Ad ea Prædicatores: Verum est, vos nudis pedibus male amictos & cinctos funibus incedere. At quis vetat, ne carnibus ut nos vescamini, & palam quidem, ac victu lautiore utamini? Quare negamus, nobis transire ad vos licere: potius contrarium asserimus.*

Matthæus Paris hanc litem referens suo nomine addit: *Magnæ illa offensioni fuit, sicut dissidium Templarios inter ac Hospitalarios in Terra sancta; & ista Fratrum*

trum Mendicantium discordia eo periculo-
 sior est Ecclesie, quod sint viri litterati,
 & studiis dediti. Res auditu molesta! Id
 hominum genus, quod ad summum octoginta
 abhinc annis in Anglia ponere domicilia
 cepit ab instituto suo magis descivit, quam
 Ordo Monasticus per annos plures qua-
 dringentis. Illi aedificia jam palatiorum
 instar erecta indies extendunt, ibique incesti-
 mabiles ostentant opes contra paupertatem
 suae professionis basin & fundamentum.
 Optimatibus ac opulentis viris, morti pro-
 ximis, non sine damno pastorum ordinario-
 rum studiose assistunt lucro intenti, secreta-
 que testamenta extorquent, suum duntaxat
 ordinem posthabitis caeteris commendantes,
 ita, ut nemo credat aeternam salutem se
 posse consequi, nisi curae Praedicatorum
 Minorumve se committat. Conantur im-
 munitates ac praerogativas acquirere: Re-
 gum ac Procerum consiliis se immiscent: il-
 lorum cubicularios agunt, & thesauros cu-
 stodiunt, nuptiasque conciliant. Exequun-
 tur exactiones Papae: adulantur & mor-
 dent in suis concionibus, ac per correctiones
 imprudentes sacras confessiones produnt.
 SS. Benedicti & Augustini Ordines ab Ec-
 clesia approbatos despiciunt; suum reliquis
 omnibus praeserunt: Cistercienses monachos
 rudes, agrestes, & hemilaicos, Cluniacenses
 superbos ac Epicuræos appellant. Mat-
 thæus Paris, qui sic loquebatur, antiquus

Sæcul. XIII.

A. C. 1243.

p. 541.

Sæcul. XIII. monachus Benedictinus erat, quod me-
 A.C. 1243. minisse oportet.

1. ep. 37.

Inter epistolas Petri de Vineis, qui Cæsari Friderico a secretis erat, invenimus aliquam nomine Cleri scriptam, & huic Imperatori, ut videtur, missam, graves de Fratribus Mendicantibus querimonias continentem. *Jam inde ab origine sua, dicit hæc epistola, eos odium in nos conceptum impulit ad nostram vivendi agendique rationem in concionibus suis infamandam, juraque nostra ita imminuerunt, ut ad incitas redacti simus. Olim ex auctoritate munerum nostrorum Principibus imperavimus, metumque populis incussimus: nunc irrisui eis ac ludibrio sumus. Illi Fratres, dum alienam in messem involabant, nostras paulatim functiones nobis præripuerunt, sacrum tribunal, baptismum, extremam unctionem, ac cæmeteria sibi arrogantes. Et modo, ut eo magis attenuarent jura nostra & bonam privatorum hominum voluntatem a nobis avocarent, duo sodalitia nova instituerunt, in quæ viros ac fœminas tam generatim suscipiunt, ut fere nemo alterutri non sit insertus. Ita sodales in eorum templa cum convenient, in nostris parochianos solennibus præsertim diebus habere non possumus: & quod pejus est, male se putant agere, si verbum divinum ex aliis, quam his e Fratribus audiant. Quamobrem decimis ac donis pri-*
vati

vati labore manuum, arte mechanica, vel lucro illicito quæcere victum cogemur.

Sæcul. XIII.
A. C. 1247.

Jam nullum nos inter & laicos discrimen, immo conditio nostra deterior est, quia nobis nec Clericos cum honore, nec laicos esse per conscientiam licet. Quid restat igitur, nisi ut a fastigio ad ima fundamenta diruantur templa nostra, ubi præter æs campanum & fumosam quandam imaginem nihil superest? Heu! multa loca alias pro invisentium pietate in superos miraculis numerosis celebria privatorum hominum utensilibus repleta sunt: altaria quondam probe ornata vix operit linteum rude idemque lacerum: pavimentum antehac lotum solicite, bellisque herbis ac floribus constratum pulvis & sordes tegunt. Interea nobis potiores facti Fratres Mendicantes, qui casas primum & tuguria incolebant, altis suffulta columnis, & in peculiare divisa sedes palatia construxerunt, quorum sumptus ad indigentiam pauperum impendi debuerant: hi Fratres, qui inter initia suorum Ordinum res caducas & vanam gloriam calcare pedibus videbantur, contemptum resumunt fastum; nihilque habentes omnia possident, ipsis divitibus ditiores: & nobis, qui fortunis non immuniti dicimur, victus precario conquirendus est. Igitur ad Majestatis tuæ pedes accedimus, ut promptum malo remedium adhibeat, ne invalescente nos inter & Fra-

Sæcul. XIII. *tres illos odio fides ex ipsis incrementi sui*
A C. 1243. *causis creditis periclitetur.* Clerus his in
querelis majus commodorum tempora-
lium, quam animarum salutis studium
commonstrat.

§. VIII.

*Comes Tolosanus Papam sibi re-
conciliat.*

Ric. S. Ger. **R**aymundus Tolosanus Comes an. 1243
p. 1040. 1042 mense Septembri in Apuliam ad Im-
peratorem delatus, transacta ibi hyeme,
toto insuper anno sequente in Italia man-
sit, identidem Romam proficiscens, ut pa-
cem inter Papam & Cæsarem confice-
ret. Absolutionem quoque tum per se
ipsum, tum per Legatos postulabat, se
mandatis ejus obtemperaturum spon-
dens. Ergo Papa 2. Decembris anno
1243. Archiepiscopo Bariensi præcepit,
ut Comitem audito ipsius juramento soli-
to absolveret. Etiam credibile est, Prin-
cipis hujus precibus adscribendum, quod
Papa Innocentius per litteras Inquisito-
res Galliæ juberet hæreticorum reditum
promovendi causa cunctos, qui non da-
mnati nec convicti Ecclesiæ reconcilia-
tionem ultro poscerent, nulla imposita
pœna recipere, idque in locis, quæ fun-
ctiones suas obituri peterent, post adven-
tum suum edicere, certum statuentes
tem-

L. epist. 266.
ap. Rain.
1243. n. 31.

L. epist. 3. 6.
ap. Rain.
ibid.

tempus, quo elapso, qui sponte non venissent, severius haberentur. Dabat 12 Decembris an. 1243.

Sæcul. XIII.
A.C. 1243.

Episcopus Tolosanus pariter Romam vocatus est; & interim Petrus Amelinus Narbonensis Archiepiscopus, Durandus Episcopus Albigenis, & summus Carcassonæ Prætor Montis Securi Tolosana in Diœcesi arcem, quæ inexpugnabilis videbatur, hæreticisque ac facinorosis publicum præbebat perfugium, obsessam occupare. Ducenti hoc loco hæretici vestiti capiebantur nec viri tantum sed & foeminae. Hæretici declarati vocabantur vestiti. Erat inter eos Bertrandus Martinus, quem agnoscebant Episcopum suum: & cum hæresin suam ejurare nollent, erectum fuit palorum septum, ubi combusti sunt. Castri hujus expugnatio bello adversus Albigenes finem fecit.

G. Pod.
Laur. 6. 46.

Cang. Gloss.
hæret.

Comes Raymundus ab anathemate, quod Fratres Prædicatores contra ipsum pronunciaverant, per Archiepiscopum Bariensem absolutus Papæ præsentem se stitit, & luculenta demissionis suæ obstrictique animi specimina dabat. Papa sereno vultu exceptum in gratiam sanctæ Sedis ex consilio Cardinalium restituit, eo quod ille per suam inter Principes dignitatem, potentiam & dexteritatem Ecclesiæ perutilis esse posset. Etiam commendatio S. Ludovici Regis pro eodem

Sæcul. XIII. dem orantis grave apud Papam pondus
A. C. 1244 habuit, quod hic illi per litteras 1. Janua-
 rii an. 1244 datas indicat, suadens, ut
 cum Comite tam benigne agat, ut is Sedi
 Apostolicæ, Regique ipsi fidelis semper
 maneat.

§. IX.

Pactio inter Papam & Cæsarem.

Matth. Par. **R**aymundi sic in gratiam reducti operam
 p. 545. adhibuit Imperator ad agitanda pa-
 cis cum Papa ineundæ consilia, duosque
 Curiae Cæsareæ Judices Petrum de Vi-
 neis, & Thaddæum Suesiensensem illi ad-
 junxit. Papa hoc ad negotium Episco-
 pum Ostiensem, ac tres alios Cardinales,
 Stephanum, Ægidium, & Ottonem ele-
 git. p. 555. Præcipuæ pacis conditiones erant,
 ut Fridericus redderet omnes terras ante
 dissidium Papæ subditas, aut Ecclesie,
 seu Papæ foederatis ereptas: & ut qua-
 quaversus scribens declararet, se obedi-
 tiam sententiæ contra se a Gregorio IX.
 pronunciatae debitam haud omisisse per
 contemptum, sed quia sibi denunciata
 non fuisset: qua tamen in re deliquisse
 se agnosceret: *Fateor enim, addebat, Pa-
 pam, etiamsi vitiosus esset, plenam potesta-
 tem, quod ad spiritualia, in omnes Chri-
 stianos Clericos laicosque ac ipsos in Re-
 ges habere. Imperator se hanc noxam
 expiaturum per eleemosynas, jejunia a-
 liaque*

liaque bona opera, & sententiam, donec Sæcul. XIII.
 absolveretur, executurum spondebat. A. C. 1244.

Præsulibus captis ablata omnia resti-
 tuere, cæteris illatas injurias omnes
 compensare, templa & hospitales domos
 condere, salva Imperii Regnorumque suo-
 rum possessione Papæ per omnia obedire,
 etiam quævis decreta contra partes ejus
 facta retexere, omnes captivos in liber-
 tatem asserere, cunctis in patriam & ad
 bona sua reditum permittere se velle af-
 firmabat; denique quod ad injurias ante
 sublatam pacem sibi factas spectaret, id
 se Papæ & Cardinalium judicio relinque-
 re. In hæc puncta tres Oratores Cæsa-
 rei palam jurarunt Romæ die Coenæ
 Domini sacro 31 Martii an. 1244 in præ-
 sentia Balduini Imperatoris Constanti-
 nopolitani, Cardinalium, multorum Præ-
 fulum, Senatorum, populique Romani
 præter extraneos, qui ad diei solenni-
 tatem pro more venerant. Notatu di-
 gnum est, inter pacis condiciones nul-
 lam mentionem fieri vel de reddenda
 Friderico dignitate Imperatoria, quam ei
 Gregorius IX. abrogaverat, vel de popu-
 lis illi rursus subjiciendis, sed de sola ab-
 solutione a censuris. Nec effectum ha-
 buit illa abrogatio: nam Fridericum &
 Imperatorem, & Regem Siciliæ non tan-
 tum populi sui, verum etiam S. Ludo-

*Innoc. lib. I.
 epist. 645.
 ap. Rain.
 n. 21.*

Sæcul. XIII. vicus ac Rex Angliæ cæterique Principes
A.C. 1244. pes exteri agnovere.

Matth. Par. Cæsarem mox poenituit se Papæ ita
p. 556. 560. submisisse; atque post dies paucos recu-
favit exequi, quod per Oratores suos tam
D. ep. 645. solemniter promiserat. Qua de re Papa

Provincialem Thuringiæ Comitem ultimo Aprilis edocuit, ut Apostolicæ Sedis
fidus permaneret, adhortans. Interim
Fridericus Papam abstrusis ex insidiis
haud opinantem capere conabatur; qui-
bus detectis Innocentius cautiones ad-
hibendo sibi consuluit, etiam suis diffi-
dens. Ut partes augeter suas, festo
SS. Trinitatis die 29 Maji decem Cardi-
nales creavit, inter alios Joannem Tole-
tium Anglum Cisterciensem monachum
eruditione sua conspicuum, quem Cardi-
nalem Presbyterum ad S. Laurentium in

Ughell. to. 1. Lucina renunciavit. Cæteros tunc pro-
p. 158. motos nobilitas sua potius, quam mores
Matth. aut doctrina commendaverat.
Westm. p. 315

§. X.

*Episcopi Norvicensis in Angliam
reditus.*

Matth. Par. Rex Angliæ Guilielmum Relium ab E-
p. 542. 544. piscopatu Norvicensi ad Vinconien-
545. sem translatum exagitare pergebat, ita,
ut hic Præsul, cum aliquamdiu Londini
abditus hæsisset, 20. Febr. 1244. conscen-

sa clanculum Tamesis nave in Galliam Sæcul. XIII.
 delatus Abbatis villam peteret, quo A. C. 1244.
 S. Rex Ludovicus virum spectabilem mi-
 fit, qui ipsius præsidium illi offerret, ur-
 bisque Consuli diceret, ut cives juberet
 paratos esse ad hospitem armata etiam
 manu tuendum, si quis Anglorum Regis
 nomine eum vexare vellet. Interim p. 558. 559.
 Principis hujus Orator Romæ contra il-
 lum stabat, sed incassum; Et Papa pro
 eodem Regi Angliæ litteras scripsit, qua-
 rum hæc summa est: *Non solum nullam ap. Rayn.*
nostrarum precum rationem duxisti, quas^{n. 18.}
jam adhibuimus, ut hunc Præsulem in gra-
tiam reciperes; sed & in reverentiam, quam
ut filius nobis debes, peccasti, cum diceres,
nullam in Anglia postulationem a sancta
Sede te invito admitti posse, teque eandem
habere potestatem in temporalia, quam nos
in spiritualia, ita, ut nullus Episcopus tem-
poralium suorum possessionem absque tuo con-
sensu adire possit: cum tamen secundum
communem omnium Christianorum sensum
Apostolica Sedes a Deo liberam cunctis Ec-
clesiis providendi facultatem acceperit, nec
Principes hac de re consulere, aut eorum
consensum in electiones vel postulationes
petere teneatur. Dabat 28. Febr. Ne-
scio, an hodie Principem Christianum
invenias, qui his principiis assentia-
tur,

Papa

Sæcul. XIII.

A. C. 1244.

*Matth. Par.**ibid.**Id. p. 562.*

Papa scripsit etiam Reginae Angliæ, Archiepiscopo Cantuariensi ejus avunculo, Episcopis Vigornensi ac Herefordiensi, ut Antistiti Vinconienti in Regis gratiam reducendo efficacem navarent operam. Igitur Rex huic Præsuli, quas habere se putabat, conquerendi causas octo punctis comprehensas misit, decensque ac modestum responsum nactus, mitius cum illo agere cœpit. Denique in Angliam eum redire ac de favore suo ereptorumque omnium recuperatione securum esse jussit. Guilielmus S. Regi Ludovico pro ejus auxilio & beneficentia gratiis actis ingressus viam 5 Aprilis an. 1244 Dorobernium advenit. De reditu ejus tota gaudebat Anglia, exceptis quibusdam Aulicis, qui eum Regi exosum reddiderant: cæteri omnes minime dubitabant, quin prudentia maturoque judicio suo non tantum suam Diœcesin, sed Regnum universum in statum pristinum restitutus esset. Rex tam benigne acceptum, ac si nulla unquam inter ipsos dissensio fuisset, majore indies studio prosequetur.

§. XI.

*Initia S. Richardi Episcopi
Cicestriensis.*

*Vita ap.
Boll. to. 9.
p. 288.*

Verum hic Princeps alium sanctum Episcopum similem ob causam infestari

ctari cæpit. Radulpho Novavillano An-
 tistite Cicestriensi mortuo, Regi gratifi-
 cantes Canonici elegerant Robertum
 Passelevium Archidiaconum, & Aulæ as-
 seclam perstudiosum, qui sagaciter inven-
 tis exactionibus ærarium Regium ma-
 gnopere auxerat. Archiepiscopus Can-
 tuariensis Bonifacius Sabaudus, ac Epis-
 copi provinciæ indignati, cum in exami-
 ne ad difficiles, quales volebant, quæstio-
 nes a Roberto Capitone Episcopo Lin-
 colniensi propositas respondentem Passe-
 levium inhabilem judicassent, electionem
 irritam declararunt. Deinde haud peti-
 to consensu Regio in Episcopum Cice-
 striensem elegerunt Doctorem Richardum
 Drutvicensem spectatæ virtutis ac eru-
 ditionis virum, sed Regi exosum, quia
 S. Edmundo Cantuariensi addictus fue-
 rat. Rex in oppido S. Albani mense Ju-
 nio an. 1244 re comperta Richardo ac
 Episcopis ejus electoribus vehementissi-
 me iratus Cicestriensis Cathedræ bona
 temporalia suo nomine occupari jussit.
 Richardus, quod secundum Canones ele-
 ctus esset, jus suum sibi tuendum ratus
 ad Summum Pontificem se convertit, a
 quo amanter exceptus fuit.

Sæcul. XIII.
 A. C. 1244.
 Matth. Par.
 p. 574.

Id. p. 562.

Primam lucem aspexerat an. 1197
 circiter Drutvichii Dioceseos Vigornen-
 sis pago, cujus nomen illi adhæsit. Ce-
 dente fratre adultiore, quidquid pater
 relique-

Boll. p. 285.
 279.

Sæcul. XIII.

A.C. 1244.

reliquerat, possidenti optabilis sponsa offerrebat: sed invidiam fratris cernens, huic totum vicissim patrimonium cessit. illi nuncium remisit, & litteris operam daturus Oxonium primo, dein Parisios abiit; ubi magna rerum penuria laborans Logicam & Rhetoricam ita didicit, ut dignus, qui doceret, omnibus videretur. Rediit Oxonium, ubi professorem egit. Posthæc Bononiæ in Italia per septem annos Jus Canonicum audiit eo successu, ut ægrotans Professor suas ei partes per octodecim menses committeret, filiamque unicam in matrimonium cum omnibus bonis suis offerret. At Richardus altiora cogitans se excusavit, & in Angliam reversus Universitatis Oxoniensis Tabularii sanctioris Præses seu Cancellarius evasit.

Exploratæ doctrinæ ac probitatis virum S. Edmundus tunc temporis Archiepiscopus Cantuariensis, simulque Robertus Capito Episcopus Lincolnienſis Ecclesiæ quisque suæ Cancellarium creare volebant: neuter tamen alterius intentionem noverat. Richardus S. Edmundum prætulit; & tanti momenti munus mira cum modestia obiit ab omni cupiditate alienissimus. Nec prosperis modo, sed & adversis in rebus S. Præsuli arctissime semper adhæsit, exulemque secutus est. Post ejus obitum adjecto rursus
ad

ad litteras animo, quas negotia interrumpant, Aurelianum profectus Fratres Prædicatores Theologiam & totum pene Codicem sacrum explicantes audiit. Eo tempore a Guilielmo Bussiensi Episcopo Aurelianensi sacerdotio dignus habitus & inauguratus fuit; & ab illa die modestiore utens amictu vitam tam austeram duxit, ut ex amicorum consilio moderatione opus haberet. In Angliam cum rediisset, unico contentus beneficio, parœciæ præerat, indeque ad Sedem Cisteriensem accersitus est.

Sæcul. XIII.
A.C. 1244.

§. XII.

Papa Genuam fugit.

Innocentius IV. cum Cæsare, si posset, pacem confecturus, octiduo ante festum S. Joannis diem Tifernum Roma sex tantum leucis sive octodecim passuum millibus distans, & in pervigilio S. Petri 28 Junii Sutrium venit, Friderico semper magis appropinquans. Sed hic eidem dici curavit, se nulla pactione staturum, antequam absolutionis litteras obtinisset. Papa id haud æquum esse reposuit: atque ita pacem irritam fecere. Tum Innocentius occultæ fugæ consilium cepit, & clam omnibus habuit, ne Imperator obstacula poneret. Eodem die Martis 28 Junii an. 1244. comperit, se proxima

ma

Sæcul. XIII.
A.C. 1244.

ma nocte per trecentos equites Hetruscos captum iri. Consternationem animi facies prodebat. Igitur hora primi somni relictis suæ dignitatis insignibus, leviter armatus eximiae velocitatis equum conscendit, ac impositis ei pecuniis in viam se dedit nemine conscio præterquam ministris cubiculariis. Equum porro suum tam acriter urgebat, ut ante horam primam undecim leucas seu triginta quatuor millia passuum conficeret, nec esset quisquam, qui tantam celeritatem assequeretur.

Media nocte cognito Papæ abitu struebant omnes, præter paucos Cardinales arcani participes. Petrus Capuanus eum unico cum homine secutus exantlatis aliquot periculis, eodem die Mercurii 29 Junii Civitate Vetere reperit. Illic Papæ obviam venerant tres ac viginti triremes Genuenses, sexaginta quæque militibus bene armatis, & centum quatuor remigibus præter apparatus instructæ, ac insuper lembi sedecim. Quod indicio est, Papam dudum sibi providisse. Triremibus imperabant una cum classis Præfecto primores Genuæ, qui omnes sibi gloriæ ducebant se Papæ propinquos aut foederatos esse. Is vesperi cum septem Cardinalibus & modico comitatu se classi commisit: sed vix in altum pro-
sum,

Sup. Lib.
LXXXI.
S. 46.

sum, in quo Præsules tribus abhinc an-
 nis capti fuerant, tempestas atrox excep-
 pit, quæ die Veneris 1 Julii eos in quan-
 dam Pisanorum insulam exscendere, no-
 stemque ibi traducere coëgit. Postquam
 sequente sabbato a peccatis suis absoluti,
 sacro de Beatissima Virgine interfuerant,
 præ metu Pisanorum remigibus summo
 conatu ad aliquam Genuensium insulam
 contendere iussis, illo die centum vigin-
 ti quatuor millia reluctante procella e-
 menfi Portum Veneris attigere, ubi per
 biduum commorabantur. Tandem die
 Martis 5 Julii Genuam gaudio perfusi ad-
 venerunt, & inter sonitus omnis æris
 campani, concentus musicos, & maxi-
 mas acclamations recepti fuere. Sic
 Papa quindecim dierum itinere Roma re-
 motus in patria cum cognatis & amicis
 suis versabatur.

§. XIII.

Papa pecunias ab Anglis postulat.

Imperator fuga Papæ comperta, furen-
 ter iratus excubiis, quas in portibus
 & civitatibus sibi subjectis collocaverat,
 Genuæ aditus præsertim ex parte Gal-
 liæ diligentissime custodiri iussit, ne Pa-
 pæ pecunia afferretur, veritus. Reapse
 is unum e Clericis suis cubiculariis Mar-
 tinum nomine in Angliam miserat cum

Matth. Par.
p. 565.

Hist. Ecclesiast. Tom. XX. Ff epi-

Sæcul. XIII. epistola 7. Jan. ad Abbates Diocefeos
A. C. 1244.

Suppetice, quas Papa Gregorius beatæ memoria ex Anglia cæterisque Regnis Christianis obtinuit, non suffecerunt ad expungenda nomina, quæ sancta Sedes pro libertate Ecclesiastica & patrimonio suo tuendo contraxerat. Quamobrem volumus, ut nojuvetis tanta pecuniæ summa, quantam vobis Doctor Martinus nostro nomine dixerit, eamque intra tempus, quod vobis assignaverit, illi tradatis. Hic Nuncius plures alias litteras habebat secum, ut collatorum beneficiorum, aut fructuum ex iis provenientium diplomata, prout opportunum censeret, Papæ cognatis daret. Unde conclusum est, illa folia fuisse puras tabulas chirographo & sigillo Pontificio munitas, ut eas verbis, quæ sibi placerent, impletas, cum occasio tulisset, ostenderet. Deinde Papa Genuæ subsistens Episcopis totique Clero Angliæ 29 Julii scripsit, ut liberaliter Regi suo sumptus publici status suggererent, quem conservari Ecclesiæ interesset. Ita hic Clerus simul duabus ex partibus a Papa & Rege premebatur.

p. 563.

p. 565.

Tunc Imperatoris Legati Londinum advenerunt cum litteris, quæ coram Rege Cleroque congregato repugnante Nuncio Martino legebantur. Hac in epistola Fridericus de tractatu pacis cum Papa
purga-

purgare se conabatur, Ecclesiæ, quod æquum esset, tribuere ac obedire se vel le affirmans. *Sed Papa*, addebat Cæsar, *pro arrogantia sua mitti vult in possessionem quarundam urbium, arciumque ac terrarum, de quibus nondum constat, utrum Imperii, an Ecclesiæ sint. Vult liberari quosdam captivos, quos pro deceptoribus habeo. Vult servari pacta, priusquam a censuris absolvar. Metuens proin, ne deceptus Papæ laqueis constringar, Regum Franciæ Angliæque, ac utriusque Procerum seu Baronum iudicio me submitto: Papa vero ne talem quidem submissionem accipere voluit.* De hac recusatione magno opere querebatur Cæsar, & in fine epistolæ Clerum Anglicum vehementer orabat, ut ne ipsius damno ullas Papæ suppetias mitteret. Adjungebat: *Si Rex vester mea sequi consilia velit, liberabo Angliam a tributo, quod ei Innocentius tertius imposuit, & ab omnibus reliquis Aulæ Romanæ vexationibus. Si fidem ille mihi non habeat, ulciscar eum graviter in cunctis sibi subditis, quos in terris meis invenero.* Multorum Anglorum animos Cæsari conciliavit hæc epistola juncta litteris Baldvini Imperatoris Constantinopolitani, & Raymundi Tolosani Comitis, illum ad pacem propendere testantium.

Sæcul. XIII.
A.C. 1244.

p. 566.

Sæcul. XIII.
A.C. 1244.

§. XIV.

*Frater Elias a Papa con-
demnatus.*

Vading.
1244. n. 4.

n. 1. 3.

Papa Innocentius Genuæ agens univer-
salia Fratrum Minorum comitia il-
luc convocavit tam ad eligendum Mini-
strum Generalem, quam Ordinem con-
trarias in partes scissum recolligendi gra-
tia. Haimoni, qui ei quintus & quin-
quennio quidem præfuerat, vita functo
Frater Elias succedere volebat tanquam
inique loco motus. Numerosas habebat
partes, solutiori disciplinæ ac mitigatio-
ni regulæ faventes, quam cæteri stricte
observari cupiebant zelotæ tunc dicti,
vel spirituales aut Cæsariani ob Cæsarium
ducem suum, quem Elias tantopere dive-
xaverat. Horum numerus comprehen-
debat multos S. Francisci discipulos vel
primos comites, qui adhuc vivebant, ut
Ægidius Assisinas, Leo, ac Ruffinus. Ze-
lotæ, qui veteranorum consiliis uteban-
tur, septuaginta duos Fratres probissimos
doctissimosque elegerunt, qui Summum
Pontificem, Defensorem suum, & totam
Curiam Romanam de vero statu suo e-
docerent. Pars altera hos Zelotas vo-
cabat parum sanos, & rixosas, Eliæ au-
thoritatem prædicans, qui tanquam unus
e primis S. Francisci sociis, & ab ipso
cæteris

cæteris præpositus, ejusdem intentiones **Sæcul. XIII.**
 maxime noffet; qui longam regendi Or- **A.C. 1244.**
 dinis experientiam jam inde ab ejus ini-
 tiis haberet; qui denique Papam inter
 ac Cæsarem consilia pacis agitans, Eccle-
 siæ utilem præstitisset operam.

Igitur Genuæ generalia agebantur
 comitia ab obitu S. Francisci octava: in-
 vitaque Eliæ præsentis factione in Mini-
 strum Generalem electus est Frater Cre-
 scentius Diesius ex Marchia Anconitana,
 in qua tunc Minister Provincialis erat,
 vir ob doctrinam & senectutem suam ve-
 nerabilis, qui Ordinem sero ingressus, an-
 tea per annos multos Jurisprudentiam &
 artem Medicam professus fuerat. Ele-
 ctus autem fuit die S. Francisco sacra
 4. Oct. an. 1244. eratque sextus Minister
 Fratrum Minorum Generalis. Elias
 cum partibus suis ad Papam vocatus est,
 qui detectis ejus artificiis omni præroga-
 tiva & gratia exutum, simplicem decla-
 rans fratrem Ministro Generali parere
 jussit, vetuitque, ne vagabundus esse per-
 geret, ac nequis ei obediret, aut eum pro
 Superiore haberet. At Elias hoc in ani-
 mum inducere nequibat, & relicto Ordi-
 ne ad Imperatorem profugit. Ergo Pa-
 pa Innocentius illum tanquam Religionis
 desertorem ac in Ecclesiam seditiosum
 a piorum coetu exclusit, & immunitate

n. 6.

n. 7.

Sæcul. XIII. Clericis concessa privavit, ne vestem religiosam gestaret, prohibens.
A. C. 1244.

§. XV.

Alexander Alensis.

Monast.
Angl. to. I.
p. 928.

Nic. Trivet.
an. 1222. to.
8 Spicil.
Vading. an.
cod. n. 26.
Id. an. 1230.
n. 13.
Duboulay.
p. 201.

Paulo post Ordo Minorum quoddam e magnis luminibus suis amisit, nempe Alexandrum Alensem, qui hoc nomen traxerat a patria sua Comitatus Glocestriensis pago, ubi deinde anno 1246. Richardus Cornubiæ Comes monasterium Cisterciense condidit. Alexander humaniores litteras in Anglia edoctus, Parisiis Philosophiæ ac Theologiæ operam navavit. Jam Doctoris insignibus ornatus in magnam existimationem venerat, cum institutum Fratrum Minorum anno 1222 amplexus est. Composuerat Theologiæ Summam, quam Scholæ magno cum applausu receperunt. Etsi vero Joannes Parentius tertius Minister Fratrum Minorum Generalis postea interdixerat, nequis eorum Magistri vel Doctoris nomen acciperet, Alexander Alensis id semper servavit, & multi alii ejusdem Ordinis deinde sibi assumpserunt, ita ut hunc titulum acriter defenderent contra Doctores religiosi legibus solutos, qui eum ipsis & Fratribus Prædicatoribus concedere volebant, ut brevi videbimus.

Alexan-

Alexander Theologicæ Fratrum Minorum scholæ Parisiis præfuit, donec eam cederet Fratri Joanni Rupellensi, qui jam Professor erat an. 1238, cum suam de conjunctione beneficiorum sententiam diceret. Successit ei F. Guilielmus Melitenfis; huic F. Joannes Parmensis, antequam ad clavum Ordinis admoveretur, quod an. 1247 factum. Alexander Alensis & Joannes Rupellensis erant inter quatuor Doctores, qui declarationem regulæ S. Francisci jussu comitiorum provincialis a se compositam Generali Ordinis Ministro ac Definitoribus, ut vocant, inscripsere. *Haud cogitamus, inquit, novam regulæ expositionem facere, ut quidam per fervorem nimium de nobis asserunt, sed illam solummodo per verba sua explicare.* Nempe S. Franciscus in testamento suo expresse interdixerat, ne regulæ suæ ulla interpretatio adderetur. Sed nondum quatuor anni ab ejus morte effluxerant, cum Papa Gregorius nonus declaravit, Fratres Minores ad observandum testamentum non adstrictos esse, ac regulam pluribus in articulis exposuit. Alexander Alensis vivere desit 21 Aug. an. 1245 & Parisiis in templo Franciscanorum sepultus est. Ejus opera sunt numerosa, nimirum Commentarii in totum Codicem sacrum, & in Magi-

Sæcul. XIII.
A. C. 1244.

Vading. au.
1222. n. 29.
Id. 1238. n. 8.
Sup. Lib.
LXXXI.

Echard.
Sum. S. Th.
p. 243.
Vading.
1242. n. 2.

Opus. to. I.
p. 123.
Sup. Lib.
LXXIX.
c. 25. 64.

Echard.
p. 245.
Vading.
Scrip. n. 8.

Sæcul. XIII. strum Sententiarum, ac præsertim Sum-
A. C. 1244. ma Theologiæ.

Sup. Lib.
LXX. c. 34.

Est opus vastissimum, quantum hac
de materia alias nunquam hætenus in
lucem venit. Author ibi eandem ideam,
ac eundem pene ordinem, quem Magi-
ster Sententiarum, sequitur: at multo li-
berius ratiocinatur, & quæstiones magis
curiosas quam utiles tractat. Opus suum
pariter quatuor in partes dividit, quarum
quælibet grande volumen est. In prima
post præviam de Theologia quæstionem
de attributis, tum de Trinitate disserit.
In secunda de causis generatim, de crea-
tione, de Angelis, de creatis rebus cor-
poreis, ac de opere sex dierum agit. Ibi
quæstionem movet, an detur cælum em-
pyreum, cumque id per autoritatem pro-
bandum esset, quoniam experientia nihil
de hoc docet, idem credendi rationes af-
ferre contentus est. E creatione homi-
nis occasionem capit plurima dicendi de
natura animæ rationalis, ac de statu pri-
mi hominis: cujus a lapsu in malum ge-
neratim & in peccatum excurrit. As-
serit, ethnicis imperium in Christianos
non esse permittendum, ne hi amitten-
dæ fidei periculo exponantur; hæreticos
manifestos non tolerandos, sed bona eis
sua adimenda esse; denique cives Prin-
cipi apostatæ subditos fidelitatis juramen-
to solutos pronunciat: quo in puncto
S. Am-

q. 42.

q. 10. q. 44.

q. 47.

q. 59.

q. 88.

q. 94.

q. 162. memb.

2.

q. 163. memb.

11.

q. 165. m. 4.

S.Ambrosii authoritati authoritatem Pa-
pæ Gregorii VII. opponit. Sæcul.XIII.
A.C.1244.

In parte tertia de natura divina hu-
manæ conjuncta loquitur. SS. Virgi-
nem, nec ante conceptionem, nec in ea,
sed ante natalem suum Dei gratiam esse
consecutam perhibet. Tum de lege na-
turæ, Moysis & Evangelii, de gratia &
fide disputat: & dum de ordine Judicum
fermo est, Hugonem a S.Victore sequens,
statuit, potestatem spiritualem profana su-
periolem esse ob dignitatem suam & an-
tiquitatem, ac propter benedictionem al-
teri a se dari solitam; quo solennem Re-
gum inunctionem refert. Addit sacræ
potestatis esse, ut profanam instituat, &
judicet, Papamque e Dei solius iudicio
pendere.

Quarta in parte de Sacramentis a-
git: & de Eucharistia loquens, laicos fe-
re ubique sub sola panis specie sacram
Communionem accipere perhibet. Ex
occasione pœnitentiæ de indulgentiis
loquens, Papam omnes remittere pœnas
posse dicit, sed non debere nisi ob causam
gravem, veluti ob expeditionem in Ter-
ram sanctam. Jejunium Latinorum u-
nica refectione utentium præfert jejunio
Græcorum plures modicas adhibentium:
horam mensæ assignat Nonam, nimirum
tertiam pomeridianam; sed non esse præ-
ceptam dicit. Ab eleemosyna sumit
F f 5 ansam

q. 9. m. 2.
q. 26. 27. &c.
q. 56.
q. 61. 68.
q. 40. m. 5.
q. 48. m. 1. a. 3
q. 11. m. 2. a. 4
q. 28. m. 3. a. 3
M 8. a. 2. 3.
Thomass.
jeunes 2. par.
c. 8.
q. 31. q. 32.
m. 4. a. 3.

Sæcul. XIII.
A.C. 1244.

ansam tractandæ quæstionis de mendicitate spontanea recentium Religiosorum: easdemque rationes applicat, quæ postea sunt adductæ: id quod indicat, jam illius ætate positam fuisse hanc quæstionem, quæ post ejusdem obitum multo ferventius agitata fuit. Et quia Religiosorum Mendicantium facultas concionandi & sacras audiendi confessiones, etiam si eis a Papa demandata esset, in controversiam vocabatur, illius auctoritati singulariter insistit, affirmans, hanc esse plenam, absolutam, cunctisque legibus & consuetudinibus superiorem; denique omnem Præsulorum inferiorum potestatem a Papa emanare, qui tanquam caput in membra influat, non modo ex ordine hierarchico, sed etiam pro ratione emolumentum in Ecclesiam redundantis. Huc multa Gratiani capitula potissimum falsis & decretalibus adducit.

§. XVI.

S. Ludovicus in Comitibus Cisterciensium.

Eodem hujus anni 1244 tempore, quo Fratres Minores solennissimum habebant conventum, etiam Cistercienses generalia celebrabant comitia, die festo S. Michaëlis ex more cæpta. Quo venturum esse S. Ludovicum Regem cum mature com-

Matth. Par.
p. 571.

comperisset Papa Innocentius, excogita-
tam scripsit epistolam, in qua omnes Ab-
bates, qui ibi adessent, efflictim orabat,
ut flexis genibus manibusque junctis Re-
gem obtestarentur, ut contra Fridericum,
quem Satanæ filium vocabat, Papam pro
veteri Galliaë more defenderet, atque, si
necessè foret, suum in Regnum recipe-
ret, sicut Alexander III. contra infecta-
tionem Imperatoris Friderici I, & S. Tho-
mas Cantuariensis contra vexationem
Henrici II. Anglorum Regis asylum ibi
invenissent.

S. Ludovicus ad comitia Cistercien-
sium revera se contulit, monachis in o-
mnia sancta se commendaturus. Habe-
bat secum Reginam Blancam matrem
suam, cui Papa domos Ordinis Cistercien-
sis cum duodecim foeminis sacrarum pre-
cum causa intrandi copiam fecerat. E-
tiam fratres illum sui, Robertus Artesiæ
Comes, & Alphonfus Comes Pictaviensis
cum sex aliis Franciaë Comitibus seque-
bantur. Quando ab Ecclesia Cœnobii
balistæ jactu aberant, religionis gratia re-
lictis equis, in ordinem adducti pias in-
ter preces ad templum ibant. Cun-
cti Abbates cum quingentis monachis
obviam procedebant, quo dignius exci-
perent Regem tunc primum ad mona-
sterium venientem. Ipse in comitio Abba-
tes inter ac Proceres medius confedit, pri-
mum

Sæcul. XIII.
A.C. 1244.

Sup. Lib.
LXX. §. 57.

eodem anno 1240 ab Episcopatu Lingonienſi ad Leodiensẽ translatus, ut Archiepiſcopus Remenſis evaderet, ſubditis & Clero ſuo grandes penſiones imperaverat (nam pecuniis in ejuſmodi caſibus non parcebatur) neque tamen votorum metam attigit. Denique hoc ipſo anno 1244 Juhel Meduanenſis ex Archiepiſcopo Turonenſi Remenſis eſt factus.

Franciæ Proceres dixerunt, ſe non permiſſuros, ut Papa ſedem in Regno ponat. Ne ejus præſentia dignitatem Regiam obſcuraret, veriti, juvenem Regem ſuum inter ac virum in negotiis verſatiſſimum diſcrimen nimium videbant, ſciebantque, Aulam Pontificiam hoſpitibus ſuis oneri eſſe. Rex igitur ex Procerum ſententia reſpondit, verbis tamen humaniſſimis. Tum Papa miſit, qui ab Arragoniæ Rege idem poſceret, pariterque reſuſam accepit.

Ad Regem Angliæ quod attinet, huic Cardinales quosdam quaſi ultro ſcribere Papa juſſit hunc in modum: *Tanquam amici utile Tibi ac honorificum damus conſilium, Papam per legationem orandi, ut Regnum tuum, ad quod peculiare juſ habeat, præſentia ſua honoret. Nos eum in vota tua flectere pro viribus conabimur. Immortali tibi gloriæ erit, ſi ſummus Pontifex ipſe in Angliam adibit. Sane nunquam id hætenus, quod ſciamus, accidit.*

West-

Sæcul. XIII.
A. C. 1244.

*Ægyd. Aur.
Val. c. 134.*

*Duchesne
to. 5. p. 342.*

*Matth. Par.
p. 576.*

Sæcul. XIII.

A.C. 1244.

Westmonasterii delicias & Londini opus spectandi desiderio se teneri aliquando dicit, quod non sine gaudio meminimus. Jucundum Regi fuit hæc legere; facileque se induisset in laqueum, nisi prudentes viri eum cohibuissent dicendo: Romanorum usuris & sacrilegis mercatibus jam nimis infecti sumus: nec opus est, ut Papa hinc veniat Ecclesie ac Regni bona direpturus.

*Mon. Pad.**an. 1244.*

Sic exclusus Innocentius Lugdunum petere statuit, urbem neutrius partis sueque Archiepiscopo tunc subditam. Ergo relicta Genua tanquam asylo non satis certo, terras Comitis Sabaudie transit; ubi sub diem festum S. Lucæ, nimirum medio Octobri versabatur: denique circiter medium Decembrem Lugdunum advenit comitante Sabaudie Comitis Amati IV. fratre Thoma. Hic prima conjugæ suæ Joanna Flandriæ Comite, Balduini Imperatoris Constantinopolitani filia an. 1244 sine liberis mortua, alteras ad nuptias cum Beatrice Fiesca Summi Pontificis nepte processit, e qua alias inter soboles suscepit Amatam V. postea Sabaudie Comitem.

§. XVIII.

S. Ludovicus ægrotat.

Paucis antea diebus, quam Papa Lugdunum adveniret, Rex S. Ludovicus Pon-

Pontoesiæ in febrem ac dysenteriam violentam incidit. Tentaverant eum sabato ante festum S. Luciae, nempe 10 Decembris; & gravi mox in periculo esse credebatur. Rumor ea de re sparsus Gallos summa affecit tristitia: is enim Princeps nondum triginta annos natus jam Religionis defensor est habitus. Multi Præsules Proceresque Pontoesium pro-
 perarunt: & postquam ibi biduo hæserant, malum invalescere videntes, ad omnes Ecclesias Cathedrales nuncios miserunt, ut pro salute Regis eleemosynæ, preces, ac supplicationes publicæ fierent. Cum Medici ejusdem vitam desperarent, ipse ac Regina mater ejus Odonem Clementem Abbatem ad S. Dionysium orabant, ut SS. Martyrum corpora e cryptis in lucem proferret; nam post Deum & SS. Virginem in illis maxime Rex confidebat. Abbas proin die Jovis ante Christi Natalem, scilicet 22 Decembris abiit, ut templum curaret ornandum eodem modo, quo id ad ferias sollemnissimas fieri solebat: & populus Parisiensis rem edoctus turmatim accurrit. Postero die Veneris Sanctorum corpora attollebantur præsentibus Carolo seu Petro Caroleto Episcopo Noviodunensi, & Petro Cuius Meldensi Episcopo. Lipsanothecæ aris impositæ sunt. Qui deinceps in supplicatione per Ecclesiam & coenobium

Sæcul. XIII.

A. C. 1244.

Nang. Duchesne to. 5. p. 341.

Chr. S. Dion. Spicil. to. 2. p. 815.

Sæcul. XIII.
A. C. 1244.

bium portabant, multas inter lachrymas nudis pedibus incedebant: eoque die Rex melius se habere cœpit.

Joinville
p. 22.

Duchesne
p. 487.
Chr. Sen.
to. 3. Spicil.
p. 368. *Sa-*
nut. p. 217.

Salus ejus in tanto discrimine fuerat, ut nobilium foeminarum advigilantium quædam extinctum rata, faciem ejus panno contegere vellet. Sed alia ad alterum lecti latus assidens id non ferebat, nec de sepulchro mentionem fieri patiebatur, eum adhuc vivere dicens: & tum Regi vox rediit. Lugdunum usque credebatur mortuus; ubi res Papam graviter afflixit. Ille sibi redditus Episcopum Parisiensem vocari voluit, ac præsentem orabat, ut trans mare peregrinantium crucem tesserariam ipsius humero imponeret. Duæ Reginæ mater & conjux ejus flagitabant, ut plenam curationem expectaret, postea, quidquid placeret, facturus. Sed asseverabat, se nihil cibi sumpturum prius, quam crucem accepisset. Eam proin Episcopus, cum denegare non auderet, illi annexuit, una cum Episcopo Meldensi, cunctisque adstantibus in lachrymas solutus. In annum tertium voti solutionem distulit: sed recepta valetudine pristina per litteras Christianis transmarinis se cruce signatum indicans animos addidit, ut urbes & arces suas fortiter tuerentur, donec ipse superpetias ferret.

§. XIX.

Sæcul. XIII.
A.C. 1244.

Coresmiani Hierosolymis.

Erat illis fane auxilium magis quam unquam alias necessarium: novi enim homines barbari Christianis antea incogniti Terram sanctam occupaverant. Scriptores ejus temporis eosdem varie quidem, plerumque tamen Coresmianos nuncupant: & probabilissima opinio est, e regione Covarcena Corasaniæ ad septem triones finitima eos venisse. Cum eorum Princeps Sultanus Mahometes Couarzem-schach dictus abhinc tres ac viginti annos circiter a Ginguiscano pulsus, & vastata terra esset, hæc natio huc illuc errans, & agros, unde viveret, quærens, Hierosolymam usque pervenit eo modo, qui refertur in epistola, quam Pto-

Bibl. Orient.
p. 1001.

v. Sanut.
p. 217.

ap. M. Par.
p. 556.

lemaide 25 Nov. 1244 Robertus Patriarcha Hierosolymitanus, Henricus Archiepiscopus Nazarenus, alique regionis illius Antistites ad cunctos Franciæ Angliæque Præsules dederunt. Ejus summam vide!

Tartari Persiam depopulati Coresmianos ex ipsorum patria ejecerant: quibus, cum domicilium a nonnullis Principibus Saracenis frustra flagitassent, Sultanus Babylonius Terram sanctam assignavit, suam promittens opem. Igitur

Histor. Eccles. Tom. XX. G g cum

Secul. XIII.
A. C. 1244.

cum numeroſo equitum exercitu, cum uxoribus ac familiis venerunt, & tam ſubito, ut ne illi quidem, qui in propinquo erant, id prævidere potuerint. E tractu Sapheti ac Tiberiadis Hieroſolymitanam ingreſſi provinciam, Turio Equitum Gazam uſque omnem ſibi agrum vendicaverunt. Tum Damafci & Chameliæ Sultanos fœdere nobis conjunctos & Coresmianis infenſiſſimos in auxilium vocare ſtatuimus, concorditer ita ſentientibus Magiſtris Equeſtrium Ordinum Templarii, Hoſpitalarii & Teutonici, atque Nobilibus provinciæ viris. At illo ſubſidio moras trahente, cum neutiquam munita ſit Hieroſolyma, incolæ Chriſtiani ſe Coresmianis impares rati, relicta cum ſuorum pauciſſimis urbe ſexies mille ac plures numero ad Chriſtianos reliquos abibant.

Per montes cum familiis & bonis ſuis faciebant iter, fidentes induciis, quas cum Sultano Caraceniſi, & cum monticolis Saraceniſi ruſticis pepigerant: cum iſti contra euntes eorum alios trucidarunt, alios in ſervitutem abstractos, & inter hos etiam Virgines Deo ſacras ſuæ gentis hominibus vendiderunt. Quosdam elapſos poſtquam in Ramæ planitiem deſcenderant, adorti Coresmiani obruncabant: & tanto de populo vix trecenti fuga ſalutem inveniebant. Denique
Hiero-

p. 557.

Hierosolymam pene desertam ingressi Coresmiani Christianis reliquis in templo sacri sepulchri abditis ipso loco viscera eximebant: Sacerdotibus ad aras rem divinam facientibus ferro demetebant capita: dicebatque alter alteri: Spargamus hic sanguinem Christianorum, ubi vinum Deo suo offerunt, quem hic e cruce pependisse dicunt! Sacro sepulchro multis modis deformato, avulsoque marmore, quo exterius cingebatur, Montem Calvariæ totamque Ecclesiam implebant omni fordium genere, & columnas ad Christi sepulchrum positas ad Mahometanum mittebant. Disruptis monumentis Regum eodem in templo sepulcorum, scilicet Godefridi Bullionii & successorum ejus ossa dispergebant. Profanabant montem ac templum Sion, & in valle Josaphat Ecclesiam SS. Virginis sepulchro claram: templum vero Bethlehemiticum, ac præsepe nascentis Domini execrandis flagitiis, quæ dicere non ausim, contaminabant, pejores omnibus Saracenis, erga loca sacra aliquam semper reverentiam conservantibus. Hac ex narratione patet, quanta cautione legendæ sint hodiernæ de iisdem locis sacris relationes.

Epistola sic continuatur: Tanta mala ferendo minime pares, Coresmianis, ne toti regioni vastitatem inferrent, cum me-

G g 2 mora-

Sæcul. XIII.
A.C. 1244.

Sæcul. XIII.
A. C. 1244.

moratis duobus Sultanis obsistere decrevimus. Quarto Octobris exercitus noster prope Ptolemaidem in viam se dedit, & juxta littus per urbem Cæsaream locaque maritima processit. Coresmiani ad Gazam castra posuere, a Sultano Babylonio subsidium expectantes. Quo accepto propius admotos invasimus pridie festum S. Lucæ, nimirum die Lunæ 17 Octobris. Saracenis, qui nobiscum erant, profligatis ac terga vertentibus, nostri tum soli Coresmianis simul & Babyloniiis expositi tam parvo erant numero, ut irritis conatibus suis omnibus succumberent. De tribus Ordinibus militaribus tantummodo tres ac triginta Equites Templarii, sex ac viginti Hospitalarii atque tres Teutonici evadebant salvi, regionis Procerum ac Equitum plerisque cæsis aut captis.

Regem Cypri & Antiochiæ Principem oravimus, ut copias mitterent, Terram sanctam in hac necessitate ultima defensuras: sed, quid acturi sint, incertum. Gravissima passi pejora metuimus. Regio, quam Christiani sibi armis comparaverant, omni ope humana caret. Ethnici in planitie Ptolemaidis bis mille passibus ab urbe castra metati sunt. In omnem agrum Nazarethum ac Saphetum usque libere excurrentes a rusticis cæterisque incolis pensiones Christianis debitas

tas accipiunt: nam hi omnes indigenæ, ut se Corefmanis addicerent, in nos confurrexerunt. Nostris nihil superest præter aliquot arces, quas ægerrime tuentur. Finitur epistola asserendo, Terram sanctam esse perditam, nisi per trajectum maris mense Martio faciendum suppetias obtineat. His cum litteris Galeranus Episcopus Berytensis & Arnoldus Ordinis Prædicatorum an. 1244 prima Adventus Dominica 27 Novembris posthabita temporis inclementia se pelago commitebant; & post sex mensium navigationem oppido periculosam sub festum Ascensionis diem, qui hoc anno 1245 duodecimus Maji erat, Venetias advenerunt.

Imperator Fridericus Corefmanorum irruptionem mox comperit, ut ex duabus epistolis, quas hac de materia scripsit, apparet. In priore ad omnes terræ Principes missa dicit, se hac de re rumore primo aliquem, dein ejus notitiam a Patriarcha Antiocheno accepisse; nec nisi Corefmanorum adventum, Christianorum fugam in urbem Hierosolymam, stragem eis illatam, locorumque sacrorum profanationem commemorat. Asserit, se summo flagrare desiderio sciendi, quo successu Christiani se Sultanis Damasceno & Caracensi junxerint: sed queritur, quod turbatæ fuerint induciæ Cornubiæ

Secul. XIII.
A. C. 1245.

Petr. de Vin.
I. ep. 28. ap.
Rayn. 1244.
n. 2.

Gg 3 Comi

Sæcul. XIII. Comitem inter & Sultanum Ægyptum
A. C. 1245. initæ; & quod bellum Italicum suæque
 cum Papis controversiæ obstiterint, ne
 Terræ sanctæ succurreret.

Matth. Par. Alteram epistolam ad Cornubiæ Co-
ann. 1244. mitem affinem suum Foveæ 26. Febr. in-
p. 546. dictione tertia, scilicet an. 1245 dedit.
 Ibi infaustam diem 17 Octobris deplorat,
 & calamitatis culpam conjicit in Patriar-
 cham Hierosolymitanum, qui, cum hono-
 rem victoriæ solus habere vellet, prælium
 alieno tempore indixisset. Queritur de-
 nuo de violatis induciis, quas cum Sul-
 tano Ægyptio pactus esset, ac de credu-
 litate illorum, qui Sultanorum Damasce-
 ni & Caracensis fœderi confidissent. In
 fine perhibet, se detineri bello Italico, &
 accusat Papam, quod honorificas pacis
 conditiones respuerit.

§. XX.

Convocatio concilii generalis.

Interim Papa Innocentius generalis con-
 cilio convocandi gratia ad Archiepis-
 copos epistolas circummisit, in quibus ita
 loquitur: *J*esus Christus Ecclesiæ sue
 eam contulit prærogativam, ut ipsius mi-
 nisterio justitia effectum obtineat suum, &
 bella restinguantur. Itaque Ecclesiam hor-
 ribili tempestate agitatam in splendorem pri-
 stinum

to. XI. conc.
p. 636. ap.
Rayn. 1245.
n. 1. ap.
Matth. Par.
p. 976.

stimum restituere, Terram sanctam e peri- Sæcul. XIII.
culo eripere, Imperium Romanicæ attollere, A.C. 1245.
Tartaros cæterosque ethnicos reprimere, ac
dissidium Ecclesiam inter ac Principem com-
ponere volentes, congregare Reges, Præsu-
les, atque reliquos Principes statuimus.
Quamobrem vos ipsos festo S. Joannis Ba-
ptistæ die nostrum in conspectum venire vo-
lumus, ut Ecclesiæ salubria suggeratis con-
silia. Sciatis autem, illum Principem, sci-
licet Fridericum a nobis publice vocatum
esse, ut in concilio per se aut per suos com-
pareat, ad querimonias de se auditas re-
spondeat, & pro iis satisfaciat. Equo-
rum hominumque comitatus vestri numero
ponetis modum, ne Ecclesiæ nimio sitis o-
neri. Etiam Suffraganeos vestros eodem
die hic adesse, ac eorum Collegia Ora-
tores huc suos mittere nostro nomine ju-
bebitis. Dabat Lugduni, aliquas ineunte,
exeunte cæteras Januario anni 1245.
Singillatim Ecclesiarum Metropolitana-
rum Collegiis, Cardinalibus absentibus,
Regibusque inscriptæ erant. No-
tatu dignum est, Papam ab Episco-
pis consilia tantum petere, velut si
non Judices cum ipso esse in concilio
deberent.

Sæcul. XIII.
A. C. 1245.

§. XXI.

*Suantopulcii defectio a fide Christo
data.*

Dusbourg. Hoc interim spatio Papa Innocentius
Chr. part. 3. Borussiae Christianorum apostasiam
c. 31. 32. &c. edoctus, hujus auctori Suantopulcio Po-
meraniae Duci scripsit. Malus hic &
subdolos Princeps Equitibus Teutonicis
inensus, quamvis ipse Christianus esset,
novis Borussiae Christianis persuasit, ut
hos Equites cæterosque Christianos om-
nes e regione abigerent, libertatem pri-
stinam recepturi. Hæc seditio contra
epist. ap. Equites Teutonicos prima fuit, & an.
Rayn. 1243. 1242 contigit. Anno sequente ad Apo-
n. 32. stolicam Sedem eVectus Innocentius IV.
Sup. Lib. postquam per Hermannum Salsulanum
LXXIX. Generalem Ordinis Magistrum rem com-
§. 6. pererat, Legatum in Borussiam remisit
Guilielmum, qui cum esset Episcopus Mu-
tinensis, ibi annos abhinc viginti circi-
ter Evangelium promulgaverat.

Rayn. 1245. Fungentem hac legatione Papa In-
n. 85. nocentius anno 1244 Cardinalem Epis-
copum ad S. Sabinam creavit, & anno
proximo Suantopulcium per litteras a-
criter reprehendit, quod contra Religio-
sos Hospitalarios Ordinis Teutonici, &
contra peregrinantes, nimirum cruce
signa-

signatos arma adhiberet. *Cave, inquit, ne iram Dei, ac Sedis Apostolicæ adversus te provoces! Ut ajunt, ante octo jam annos ob impia & horrenda scelera contortum in te anathema parvipendens, Ecclesiæ te submittere non cogitasti. Redi ad bonam frugem! sin minus: ea tecum ratione, quæ te tibi reddat, agemus.* Dabat 1. Febr. 1245. Scripsit simul Archiepiscopo Gnesnenfi ejusque Suffraganeis hunc in modum: *Ne ille Dei hostis dignitate Christiani nominis abutens, recte credentibus perniciem impune attulisse se gloriatur, præcipimus, ut post acceptas has litteras intra quindecim dies eum commoneatis; & nisi a violentis injuriis suis destiterit, eundem ac complices ejus singulos a piorum communione sejunctos vestris in Diœcesibus denunciatis; ac denique profanæ potestatis opem contra illum imploretis.*

Sæcul. XIII.
A.C. 1245.

n. 88.

ap. Rayn.
1243. n. 34.

Anno 1243 Papa Fratrum Prædicatorum per Germaniam Magistro Provinciali, aliisque Religiosorum Superioribus scripserat, ut e provinciis Magdeburgensi ac Bremensi, & ex Diœcesibus Ratisbonensi, Passaviensi, Halberstadiensi, Verdenfque Religiosos seligerent, qui populos ad capienda pro Religione arma exhortarentur, ut augetur Jesu Christi gloria, ac ethnicorum insolentia retunderetur. Nempe militiæ sacræ classicum canendum erat contra ethnicos Borussiae

Gg 5 vici-

Sæcul. XIII.

A.C. 1245.

Dusb.

c. 33. 45.

c. 54. 55.

vicinorumque locorum. Etiam Legatus Guilielmus ipse hoc fecit, & nominatim adversus Suantopulcium frustra admonitum: id quod plurimos Germaniæ viros nobiles permovit, ut Equitibus Teutonicis & Borussiæ Christianis succurrerent, & Suantopulcius post plures pactiones, a quibus recesserat, haud semel tantum victus, denique pacem petere cogeretur. Et vero impetravit opera Opizonis Abbatiss Messanensis, quem Papa mense Octobri 1243 eum in finem miserat, ut scilicet dissidia partium componeret, quarum alteram Episcopus Cujaviæ, Equites Teutonici in Borussia, Duces Poloniæ & Camini, alteram Pomeraniæ Dux Suantopulcius, novique Borussiæ Christiani conficerent. Hæc pax inita fuit an. 1246. Suantopulcius foedere ethnicis renunciato a censuris, in quas incurserat, est absolutus.

§. XXII.

*Papæ ratio agendi.**Matth. Par.*

p. 575.

Subinitium verni jejunii hoc anno 1245. primo Martii factum Papa totam per Franciam repeti jusserat anathema contra Imperatorem, cognatos ipsius & viros Ecclesiasticos denuo adortum. Accepto hoc mandato Parisiensis Parochus quidam Cæsaris amans, Curiamque Romanam,

manam, ubi male habitus fuerat, per-
 sus, in paroecia sua solenni quodam die
 publice dixit: *Imperatorem Fridericum a*
piorum cœtu seclusum denunciare sum jus-
sus. Rei causam ignoro: scio tamen, Pa-
pam inter ac illum magnam esse discor-
diam. Uter recte aut perperam egerit,
nescio. Sed execratione, quantum possum,
devincio e duobus illum, qui facit inju-
riam: alterum, qui eam patitur, absolvo.
 Hæc cavillatio usque ad Cæsaris aures
 pervenit, qui Parocho dona misit: Papa
 vero hominis imprudentiam castigavit.

Papa amicis arcanorum arbitris Ec-
 clesiam alieno ære oppressam conque-
 rens, sibi haud mediocre auxilium ar-
 gentarium maxime opus esse significa-
 verat. Re divulgata multi Præfules o-
 pulenti eum adiere; cumque se curis e-
 jus ac periculis commoveri dixissent, gra-
 tulabantur, quod evitatis Friderici la-
 queis ad devotos sibi filios venisset. Of-
 ferebant simul munera summi pretii, e-
 quos, vasa, vestes, supellectilem ex auro
 & argento. Hugo Abbas Cluniacensis
 illi grandem pecuniæ summam ex æra-
 rio sui monasterii, & huic junctorum Prio-
 ratuum solvebat; & illius opera Epis-
 copatum Lingoniensem ab anno 1240,
 cum Robertus Torotius ad sedem Leo-
 diensem translatus esset, vacantem an-
 1244 obtinuit.

Etiam

secul. XIII.
 A.C. 1245.

Id. p. 581.

Duchesne
 to. 5. p. 342.

Sæcul. XIII. Etiam Petrus Collimedijs Archiepis-
A.C. 1245. copus Rothomagensis eximium Papæ
donum attulit, & hoc sine se ac Eccle-
siam suam magno ære obstrinxerat: quem
Innocentius an. 1244 Cardinalem Epis-
copum Albanensem creavit; & Archi-
episcopatum Rothomagensis Odoni Cle-
menti ad S. Dionysium in Gallia Abbati
contulit, a quo pretiosa pariter munera
acceperat. Hic instructus litteris ad Ca-
nonicos Rothomagenses Lugduni 30 Mar-
tii an. 1245 datis, in Ecclesiam suam
quarta Dominica post Pascha 15 Maji re-
ceptus est, sed biennio tantum ei præ-
fuit. Ægydius Cornutus Senonensis Ar-
chidiaconus eodem anno 1244 Senonum
Archiepiscopus evasit loco Gualterii Cor-
nuti fratris sui 21 Aprilis an. 1241 mor-
tuis, decemque annis sedit. Emericus
Archiepiscopus Lugdunensis jam senio
confectus, eodem anno dignitate sua in
Papæ manibus deposita, in cœnobium
Grandimontanum se abdidit, ubi post an-
nos duodecim mortem obiit. Interim
Papa Lugdunensem Archiepiscopatum
Philippo Sabauda, jam in Episcopum Va-
lentinum electo tribuit, & singularem le-
gis gratiam fecit. Nondum enim sacris
Ordinibus initiato Archiepiscopatus Lug-
dunensis simul ac Episcopatus Valentini,
sacræ Præfecturæ Brugensis, amplorum-
que beneficiorum complurium, quæ in
Flan-

Flandria Angliaque habebat, proventus Sæcul. XIII.
 annuos percipiendi facultatem dedit. A. C. 1245.

Subjecerat copias suas huic Principi e-
 gregia corporis specie ac bellicis artibus
 insigni, & concilii Lugdunensis custodiam
 demandaverat. Ejus fratrem Bonifa-
 cium Lugduni Archiepiscopum Cantua-
 riensem inauguravit.

Alios etiam duos Angliæ Episcopos, *Matth. Par.*
 Doctorem Richardum Drutvicensem pro *p. 578.*

Ecclesia Cicestriensi, & Doctorem Roge-
 rium Veschamium Lincolniensem Deca-
 num pro sede Cestriensi consecravit. Eo-
 rum scientia & virtus fecere, ut Papa
 nullam Procuratoris rationem duceret,
 quem Rex Anglorum miserat oppositu-
 rum, eos sine consensu Regio promotos
 esse. Responsum illi fuit, hunc Principem
 per privilegii sui abusum eo se indignum
 reddidisse. At Rex id edoctus illorum
 Episcopatum bona fisco addixit.

Interim quosdam fructus annuos in
 Ecclesia Lugdunensi vacantes Papa ex-
 traneis cognatis suis inconsulto Canoni-
 corum Senatu collaturus erat: sed in fa-
 ciem ei obsistebant, Deum testem facien-
 tes, nec Archiepiscopum, nec se posse
 impedire, quin illi exteri, si Lugduni com-
 parerent, in Rhodanum dejicerentur.
 Sub idem tempus civis Lugdunensis adi-
 tu ad Papam humaniter petito ejus sa-
 telliti cuidam se duriter repellenti ma-

num

Sæcul. XIII. num abscidit : & Philippus Sabaudus,
A.C. 1245. ut Papæ honori consuleret, satisfactio-
 nem quidem aliquam sed ægerrime ob-
 tinuit.

§. XXIII.

Concilium Lugdunense.

Festo S. Joannis die ad celebrandum
 concilium statuto quam plurimi Præ-
 sules ac duo Principes profani, Baldui-
 nus Imperator Constantinopolitanus, &
 Tolofanus Comes Lugduni aderant. Bal-
 duinus Constantinopoli in templo S. So-
 phiæ mox post adventum suum, scilicet
 mense Decembri an. 1239 coronatus fue-
 rat. Quamvis autem anno sequente de
 Græcis terra marique haud levis momen-
 ti victorias retulisset : postea tamen bel-
 lo continuando maxime propter æranii
 angustias par non erat ; & exeunte an-
 no 1244 cogeatur in Italiam venire fla-
 gitatum opem a Papa Innocentio & ab
 Imperatore Friderico, quos inter pacis
 consilia una cum Comite Tolofano agi-
 tabat modico successu, ut vidimus. In-
 terea Græcus Imperator Vatacius Re-
 gno Theffalonicensi, quod Joannes Com-
 nenus tenuerat, in ditionem redacto,
 suam indies potentiam augebat. Con-
 cilio etiam Friderici Cæsaris Legati in-
 tererant, quorum primus erat Thaddæus
 Sues-

Ducang.
hist. C. P.
 p. 120.

p. 130.

Matth. Par.
 p. 582.
to. XI. Conc.
 p. 658.

Suessius Eques ac legum Doctor; nomi- Sæcul. XIII.
ne Regis Anglorum Comes Bigodus, a- A.C. 1245.
liique viri nobiles, & quorundam Princi-
pum Oratores.

Comparebant centum quadraginta Præfules tum Episcopi tum Archiepiscopi, quos autoritate præcedebant tres Patriarchæ Latini Constantinopolitanus, Antiochenus, & Aquilejensis seu Vene-tus. Multi etiam Procuratores Præsu-lum absentium, quos excusabant, & Ca-thedralium Collegiorum Nuncii aderant. Abbas ad S. Albanum in Anglia mona-chum misit, quem Clericus comitabatur: & ex his sine dubio Matthæus Paris e-jusdem cœnobii Religiosus singulas hu-jus concilii res comperit, quas in historia sua enarrat. Ex Hungaria a Tartaris vastata nemo, ex Germania pauci Præ-sulum venere ob dissidium inter Papam & Imperatorem, per quem illud eis non licebat. Præfules Terræ sanctæ ne vo-cari quidem poterant ob incursionem Co-resmianorum. Solus Episcopus Bery-tensis adfuit, tristis hujus rei nuncius, & omnium illius regionis Christianorum Procurator.

§. XXIV.

Congregatio præmissa.

Die lunæ post festum S. Joannis, vigesi- 26. Jun.
mo sexto Junii an. 1245 Papa con-
cilli

Sæcul. XIII.

A. C. 1245.

cilii materiam præparaturus, in triclinio Religiosorum S. Justi, apud quos habitabat, congregationem habuit. Patriarcha Constantinopolitanus exponebat statum Ecclesiæ suæ, quæ antea Suffraganeos plures quam triginta numerasset, quorum vix tres superessent. Græcos aliosque Romanæ Ecclesiæ inimicos totum pene Romanæ Imperium usque ad portas Constantinopolis occupasse. Sic Ecclesiam suam in summum contemptum venire, quamvis per privilegium præcedat Antiochiam primam S. Petri sedem, sed tunc Græcorum Imperio subiectam.

Deinde mentio fiebat de Edmundo Archiepiscopo Cantuariensi inter Cælitates referendo, cujus sanctitatem Deus per miracula evidentia demonstraret secundum testimonia octo Archiepiscoporum, & viginti circiter Episcoporum: petebatur etiam, ut ille actus, quo solentior esset, in concilio fieret. Sed Papa dixit: *Urgent nos ponderosa Ecclesiæ negotia, quæ moram non patiuntur: hoc proinde differendum est, quod haud negligemus, si Deus vitam nostram conservaverit.*

Thaddæus Sueffius afferebat, Imperatorem Fridericum Dominum suum, ut pacem & Papæ amicitiam recuperet, velle Ecclesiæ legibus Imperium Romanæ rursus subicere; se Tartaris, Cores-

mia-

mianis, Saracenis, cæterisque Ecclesiæ hostibus opponere; suis sumptibus Terram sanctam adire; eam a præsentepiculo liberare, ac priorem in statum pro viribus redigere; denique Ecclesiæ Romanæ ablata reddere, atque injurias ei factas compensare. Papa exclamabat: *O grandia promissa! sed nunquam servata sunt, nec servabuntur unquam. Satis constat ea fieri ad evitandum idum imminentem, & ad illudendum postea concilium. Dominus tuus nuper pacem juravit: observet eam secundum formulam juramenti sui: & acquiesco. At si, quæ offert, acciperem, & ille revocaret, ut plane metuendum, quis vadem ageret? quis eum dicto stare cogeret? Rex Gallorum ac Rex Angliæ, reposuit Thaddæus. Tum Papa, Nolumus, inquit. Nam si a pactis discederet, ut ex præteritis prævidemus, promissorum fidem ab his Regibus exigere cogeremur; ac Ecclesia tres potentissimos Principes profanos sentiret hostes. Thaddæus neque fatis amplam potestatem accipiendæ conditionis a Papa oblatæ, neque tempus sufficiens ad conficiendum negotium habens, ad triste silentium compulsus est.*

Galeranus Episcopus Berytensis, qui Coresmianorum incursum notitiam attulerat, Fratrem Arnoldum Dominicanum itineris sui socium legere jussit Præsulum litteras, illius calamitatis relationem con-

Hist. Eccles. Tom. XX.

H h tinen-

26. Jun.

Æcul XIII.
A. C. 1245.

Sæcul. XIII. A. C. 1245. tinentes, quæ præsentibus omnibus la-
chrymas exciverunt. Atque hæc sunt,
quæ in hoc concilii præludio agebantur.

§. XXV.

Sessio prima.

28. Jun. **P**rima sessio solennis biduo post fiebat,
nimirum die Mercurii 28 Junii in per-
vigilio S. Petri. **p. 637. 638.** Eo die Papa cæterique
Præsules omnes Pontificiis insignibus in-
structi in metropolitanum S. Joannis tem-
plum se contulere: ubi Papa, cum sacri-
Conc. p. 666. ficiis peregisset, elatum conscendit lo-
cum; ad dextram Imperator Constanti-
nopolitanus, ad lævam alii Principes pro-
fani confidebant; tum Procancellarius
Martinus Neapolitanus Cardinalis Dia-
conus cum Notariis, Auditoribus, Cor-
rectoribus, Præfectis sacrarii, Hypodia-
conis, & quibusdam aliis. In loco mi-
nus alto sedebant Præsules hoc modo;
ex adverso Papæ tres Patriarchæ, Con-
stantinopolitanus ex parte dextera, dein-
de Antiochenus, & Aquilejensis tertius.
Ughell. to. 5. Is etiamnum erat Bertholdus Moraviæ
p. 88. Ducis filius, summis Pontificibus diu ex-
osus velut addictus Friderico Cæsari, &
postea pacis foedere an. 1230 compre-
hensus. Reliqui duo Patriarchæ perhi-
bebant, non convenire, ut ille sibi assi-
deat, cum non esset e numero quatuor
vete-

veterum: ejusque sedem tolli jussere: Sæcul. XIII.
A. C. 1245.
 sed hæc offensionis vitandæ gratia mandante Papa, ut opinio ferebat, restituta est. In Ecclesiæ navi locisque altis a dextro latere Cardinales Episcopi, a sinistro Cardinales Presbyteri, post hos Archiepiscopi & Episcopi sellas habebant suas: sedes navim replentes Episcopi quidam, Collegiorum Cathedralium Nuncii, Friderici Cæsaris, ac Regum Legati, multique alii occupabant.

In suo quisque loco cum esset, Papa inchoabat canticum: *Veni Creator*; quo ab omnibus decantato, Cardinalis Ægidius dixit: *Flectamus genua*; Octavianus respondit: *Levate!* Papa recitavit Orationem. Tum sacelli Præfectus Galeas incepit litanias, quibus Orationem de Spiritu Sancto Papa subjunxit. Is deinde sermonem habuit, cujus in materiam sumpsit quinque dolores suos cum quinque Christi vulneribus comparatos. Primus erat immoderatio Præsulum ac populorum ex iis pendentium; alter insolentia Saracenorum; tertius Græcorum schisma; quartus crudelitas Tartarorum; quintus Friderici Cæsaris insectatio. Postremum in punctum excurrit latius, & ob oculos posuit mala, hoc a Principe Papæ Gregorio antecessori suo ac Ecclesiæ illata. Fridericus, addebat Papa, in litteris per omnem terram missis dicebat

Hh 2 qui-

Sæcul.XIII. quidem publice, se non Ecclesiæ, sed
A.C.1245. Gregorio adversari: sed contrarium ma-
 nifesto patet ex eo, quod vacante Sede
 Apostolica Ecclesiam divexare non de-
 stiterit.

Conc.p.660.
638.

Sermonis finem Papa fecit Frideri-
 cum hæreseos & sacrilegii arguendo; at-
 que inter alia, quod urbem novam Chri-
 stiano in Regno conditam Saracenis in-
 colendam dederit; quod cum Sultano
 Ægyptio aliisque Principibus ethnicis a-
 micitiam contraxerit; & eadem ex na-
 tione concubinas aleret. Denique per-
 jurii eum ac violatæ sæpius promissorum
 fidei accusabat; remque ultimam de-
 monstraturus scripta multa legi jubebat;
 & primum quidem obsignatas auro lit-
 teras Papæ Honorio missas, per quas Fri-
 dericus tunc solum Rex Siciliae se tan-
 quam clientem beneficiarium illi fidem
 jurasse fatebatur; deinde alias, in quibus
 Siciliam sibi ab Apostolica Sede fidu-
 ciaria lege collatam adhuc agnoscens,
 omni de jure, quod in electiones Eccle-
 siarum hujus Regni habere posset, de-
 cedebat, easque ab omni obligatione li-
 beras declarabat. Plura alia diplomata
 aurea recitari Papa voluit, per quæ Fri-
 dericus tam ut Rex quam ut Imperator
 Ecclesiæ Romanæ donabat & confirma-
 bat Marchiam Anconitanam, Umbriam,
 Penta-

Pentapolin, regionem Æmiliam seu Romaniolam, & Comitum Mathildis terras.

Secul. XIII.
A.C. 1245.

Tum Thaddæus Sueffius medio in confessu se vultu intrepido erigens producebat litteras Pontificias, quæ ad enervandas Papæ exprobrationes opportunæ videbantur: sed post maturum examen diplomatum utriusque partis, nulla in eis contradictio inventa est; Pontificiis enim conditio, non item Cæsareis erat addita: & Fridericum promissa fefellisse constabat omnibus. Thaddæus, ut responderet, exhibebat Papæ litteras, quarum sententiam eum non executum esse perhibens, Imperatorem promissis suis non magis obstrictum fuisse concludebat. Quod ad objectam hæresin spectabat, concilium intuens, *Domini!* agebat, *hoc tanti momenti punctum patere nemini potest, nisi Imperator Dominus meus adsit, & animi sensa ore declaret. Sed eum non esse hæreticum argumento probabili defendo; estque istud, quod sanctatores in terris suis non toleret.* His verbis Thaddæus oblique Romanam perstringebat curiam, quæ hoc vitio infecta esse dicebatur. Quod attinet ad Friderici foedus cum Sultano Ægyptio cæterisque Saracenis, quibus habitationem in Regno permittit suo, *id consulto & prudenter agit,* inquebat Thaddæus, *ut subditos rebelles contineat in officio, & sanguini*

H h 3

Christia-

Sæcul. XIII. *Christiano in bellis parcat, & quæ his ethnici-
A.C. 1245. cis utitur. Fæminæ Saracenæ grato tantum spectaculo ei fuere: illasque malarum suspicionum materiam esse videns, dimisit nunquam revocandas. Denique Thaddæus a concilio dilationem modicam flagitavit, Domino suo per litteras persuasurus, ut vel ipse adveniret, vel ampliorem illi potestatem faceret. Tum Papa, Absit, aiebat: Timeo laqueos, quos tam ægre effugi. Si veniret, abirem protinus: nondum me ad martyrium vel ad vincula paratum sentio. Sic prima concilii sessio finita est.*

§. XXVI.

Altera Sessio.

5. Jul. p. 630. *Secunda octiduo post habebatur scilicet 5 Julii, ac eædem præces atque ceremoniæ fiebant. Ibi Udardus e Cisterciensi monacho Calvensis in Apulia Episcopus, qui missus in exilium fuerat, surrexit, & totam Friderici vitam describens, nec vitia ejus, nec probra omisit, dixitque, illum eo maxime tendere, ut Præsules omnemque Clerum ad paupertatem Ecclesiæ primævæ redigat; idque indicasse litteris quaquaversus missis. Deinde quidam Hispaniæ Archiepiscopus Papam, ut ne Imperatori parceret, fortiter hortabatur, hunc multa contra Ecclesiam*

Ughell. to. 6. p. 603.

clesiam molitum, eamque, quantum pos-
 set, deprimere semper conatum esse me-
 morans. Promittebat simul, se cæteros-
 que Hispaniæ Præsules per se ac per bo-
 na sua Papæ, quantam cuperet, opem
 esse luros. Hispani autem ad conci-
 lium majore venerant numero, & am-
 pliorem comitatum adduxerant, quam
 ulla alia natio. Multi alii concilii Præ-
 sules eadem offerebant.

Sæcul.XIII.
 A.C.1245.

Surgens postea Thaddæus, & ad Cal-
 vensem Episcopum conversus, *Verbis*
tuis, ajebat, non habenda fides, ac ne aures
quidem præbendæ sunt. Es frater pro-
ditoris, qui in curia Imperatoris Domini
mei juridico ritu convictus & in patibu-
lum actus est: & tu vestigiis ejus insistis.
 Tacente Præsule, Thaddæus pari vehe-
 mentia aliorum quorundam accusationes
 repulit. Multi cognati amicique illorum,
 qui quatuor abhinc annis in mare mer-
 si, vel in carceres contrusi fuerant, de
 hac Imperatoris sævitia conquerebantur.
 Ad ea Thaddæus: *Illorum calamitas*
eum vere affixit, ac præter ejus intentio-
nem accidit: ipse vero impedire non po-
tuit, quo minus in navalis prælii calore
Præsules cum hostibus ejus confusi eisdem
cærumnis involverentur. Liberasset eos, si
adfuisset. Papa objecit: Cum Fridericus
eos comprehendisset, cur innocentes non di-
misit retentis cæteris? Respondit Thad-
 H h 4 dæus:

p. 661. 662.

Sæcul. XIII.
A. C. 1245.

dæus: *Papa Gregorius mutata convocandi concilii ratione, cum eos tantum, quibus esset opus, accersere debuisset, declaratos Imperii hostes acciverat laicos, qui venirent armati, velut Provincia Comes aliique. Apparebat, non pacis conscien-
dæ gratia, sed ad excitandas turbas vocatos esse. Itaque Imperator per litteras quaquaversus missas Præsules, ut ne fraudulentum adirent concilium, peramanter orabat, cum inimicis suis eos impetitam iri prævidens, seque illos in terrarum suarum transitu securos redditurum negabat. Divina proin justitia eos tradidit in manus illius, cujus monita contempserant. Comprehensos tamen Præsules cæterosque dimissurus inermes erat: cum Episcopus Prænestinus & alii quidam insolenter in faciem minis illum & anathemate, quamvis essent captivi ejus, insectati sunt. Papa opposebat: Si Dominus tuus causæ fidisset suæ, a concilio tot proborum hominum se absolutum potius quam condemnatum iri credidisset. Sed agendi ratio, quam tenuit, quid illi conscientia sua objecerit, declarat. Subjecit Thaddæus: Cum Imperator sibi minas ipsis a captivis suis intendi cerneret, quomodo sperare poterat favorem concilii, in quo inter alios etiam inimicos suos fore, & Papam Gregorium capitalem hostem suum regnaturum sciebat. Papa reposuit: Si e captivis unus se liber-*
tate

tate indignum reddidit, cur innocentes eodem modo habuit? Causæ sunt nimicæ, cur coronas turpiter amittat suas.

Hac altera in sessione Thaddæus efflictim oravit, ut tertia prorogaretur, eo quod Cæsarem expectaret, quem iter ad concilium ingressum esse certos per nuncios comperisset. Regum Angliæ Franciæque Legati eidem petitioni insistebant, præsertim Anglici, qui Cæsari tanquam sui Regis affini magis studebant. Denique concessa fuit dilatio per duodecim dies usque ad diem Lunæ post octavam a secunda sessione nempe in decimam septimam Julii. Quod vehementer displicuit multis Præsulibus, qui Lugduni magnis sumptibus commorabantur, præcipue Templariis & Hospitalariis, qui milites miserant Papæ, concilii & urbis custodiam acturos. Inter hæc Imperator cum filio suo Conrado & quibusdam Germaniæ Proceribus Veronam delatus, ibi comitia habebat, quibus intererant Lombardiæ Optimates illius partes secuti. Postea iter ad concilium simulans, Taurinum usque processit. Sed quid Lugduni actum sit, edoctus commotacriter bile. Sole clarius est, agebat, Papam conatum omnem impendere, ut ignominiam afficiat. Nempe Genuenses piratæ, cognati ejus, veteres Imperii hostes in mari una cum Præsulibus, quos vehebant, meo

Hh 5 sunt

Sæcul. XIII.
A.C. 1245.

Conc. p. 639.

p. 661.

Mon. Pad.
an. 1245.

Conc. p. 661.

Sæcul. XIII. sunt jussu capti. Ideo vindictam spirat.
 A.C. 1245. Hunc solum in finem convocavit concilium.
 Sed dedecet Imperatorem sententiæ talis conventus se submittere, præsertim quando adversis eum partibus adhærere intelligit. Postquam vero Lugduni compertum est, Fridericum nec adire concilium, nec mittere Legatos sufficiente cum potestate velle, plurimi eorum, qui hæctenus illi fa-
 verant, ab eodem descivere.

§. XXVII.

Sessio tertia.

17. Jul. Tertia concilii sessio fuit memorato die lunæ 17. Julii. In illa Papa concilio approbante statuit, ut deinceps Natalis SS. Virginis per octiduum celebraretur. Dein septendecim præscriptiones legi jussit, quarum pars major ad actiones judicarias pertinebat: ultimæ quatuor res majoris momenti tractabant. Singularum sanctionum enumeratio lectu molesta foret, iis præcipue, qui judiciorum formulas non didicerunt. Sed apparet ibi amor captiosarum litigandi artium tunc in Clericis regnans, quorum plerique agendis vel dijudicandis causis distinebantur. Id concilia cogebat tam fusa pertractare ejusmodi materias, quæ melioribus sæculis attentione Præfulum indignæ fuissent visæ. Quædam ibi san-
 ctio

p. 639.

p. 645.

6. 13.

etio Episcopos, cæterosque, qui Ecclesia- Sæcul. XIII.
rum bona administrarent, earum debita A. C. 1245.
expungere, ac, ne nova contraherent,
cavere jubebat. In sexto Decretalium Conc. p. 666.
libro & alibi leguntur plures aliæ consti- 671.
tutiones concilio Lugdunensi ascriptæ.

Decrevit, ut dimidia pars fructuum p. 650. c. 14.
provenientium e cunctis beneficiis, quo-
rum possessores ipsi saltem sex menses in
locis suis non residerent, per triennium
in suppetias Imperio Constantinopolita-
no mittendas impenderetur. Exceptit
illos, qui per canones præsentis lege so-
luti essent; adstrinxit tamen ad dandam
tertiam partem proventus, si centum ar-
genti selibras excederet. Ad eam rem
pecunias contribuentibus eandem Indul-
gentiam, quam terræ sanctæ succurren-
tibus, concessit. Ex hoc decreto colli-
gi potest, quam multi beneficiarii suis in
locis tunc temporis non residerent. Pa-
pa (nam ipse semper est, qui his in de-
cretis cum approbatione concilii loqui-
tur) Papa, inquam, exhortatur Præsules,
ut populos ad summam pecuniæ aliquam
Terræ sanctæ vel Romanis Imperio per
testamenta sua relinquendam suis in con-
cionibus & in tribunali sacro stimulent,
atque has pecunias fideliter asservandas
curent. Deinde multas Christiani orbis
regiones, Poloniam, Russiam, Hungariam,
a Tartaris vastatas ob oculos ponit, &
ad

c. 15.

c. 16.

Sæcul. XIII. ad inhibendos eorum progressus, omnes
A. C. 1245. aditus per fossas, muros, aliaque opera

pro ratione locorum præcludi jubet. Pol-
 licetur fore, ut pecuniam ad compen-
 sandos hos sumptus & ipse magnifice, &
 pro rata parte omnes Christianæ regio-
 nes ipsius admonitu contribuant. In
 puncto ultimo de auxilio Terræ sanctæ
 ferendo loquitur. Præcipit omnibus
 cruce signatis, ut se præparent ad loca
 decentia eo tempore, quod indixerit, pe-
 tenda.

to. XI. Conc. Per ea, quæ subjungit, ad ver-
p. 224. bum repetit decretum concilii Latera-

Sup. Lib. nensis anno 1215 habiti. Pensiones in
LXXVII. emolumentum Constantinopolis & Ter-
S. 56. ræ sanctæ solvendas quod attinet, eas

Matth. Par. hominibus a Papa constitutis tradi qui-
p. 595. busdam tam parum placuit, ut ipso præ-
 sente reclamarent. Frequenter enim
 auditæ fuerant querimonie, quod Aula
 Romana collectas illas subduxerit.

Conc. p. 640. Recitatis his decretis Papa dixit, se
 omnium privilegiorum, quæ Imperato-
 res, Reges, cæterique Principes Ecclesiæ
 Romanæ concesserint, apographa confici,
 omniumque Præfulum præsentium sig-
 illis obsignari curasse, ut eandem, quam
 autographa, authoritatem haberent. His
 Papæ verbis Legati Regis Angliæ inter-
 cedebant, ne authoritas accederet qui-
 busdam concessionibus in Anglia Roma-
 næ Ecclesiæ factis, in quas Regni Opti-
 mates

mates haud consensisse caufabantur. Vi- Sæcul. XIII.
debantur Regis Joannis donationem tan- A. C. 1245.
gere. Conquesti etiam de Curia Roma-
næ exactionibus, epistolam nomine to- p. 663.
tius Angliæ Papæ scriptam legi curabant,
cujus hæc erat summa.

§. XXVIII.

Anglorum querelæ.

*Ecclesiæ Romanæ matri nostræ æquum sub-
sidium tributarium, quod denarium S. Pe-
tri vocamus, a longo tempore pependimus:
sed illo contenta non fuit, & postea tam
per Legatos quam per Nuncios suos alia
tributa petiit, quæ liberaliter contulimus.
Nec ignoras, Majores nostros condidisse ac
dotasse monasteria, iisque jus designandi
Parochos quosdam tribuisse. Verum an-
tecessores tui, ut ditarent Italos, quorum
numerus fiebat nimius, his illorum paræcias
assignarunt, quarum nullam isti curam ge-
runt, sive directionem animarum, sive cæno-
biorum, e quibus pendent, defensionem spe-
ctemus. Non exercent hospitalitatem, non
elemosynas largiuntur, percipiendis tantum
& ex Regno asportandis fructibus in-
tenti non sine damno nostrorum fratrum
& propinquorum, qui possidere hæc bene-
ficia deberent, ac per se, non per alios ad-
ministrarent. Hi vero Itali, ut rem dica-
mus, quotannis ab Anglia supra sexagies
mille*

Sæcul. XIII. mille selibras argenti accipiunt; nec ipsi Re-
A.C. 1245. gi suo tantam illa summam dependit.

Cum thronum Apostolicum conscendisse, te rem tam indignam correcturum esse sperabamus. Sed e contrario nostra opera increverunt. Doctor Martinus nuper sine permissu Regio Angliam intravit tanta cum potestate, quantam nullus unquam Legatus habuit, quamvis hunc ille titulum sibi non adscribat. Vacua beneficia supra triginta selibras ferentia in Italos contulit, pro quibus, cum essent mortui, alios substituit insciis Patronis, qui suum eligendi jus violatum dolent. Etiam de aliis ejusmodi beneficiis statuere vult, eaque sanctæ Sedis arbitrio reservare, postquam vacaverint. Extorquet a Religiosis pensiones nimias, in obsistentes interdicta & anathemata jaciens. Non credimus, eum tuo jussu sic agere, & ut remedia prompta adhibeas, supplicamus, alioqui tales vexationes diutius ferendo pares non futuri.

p. 665.

LECTA hac epistola magnum tenebatur silentium: & Papa, quantumvis instarent Legati Angliæ, nihil reposuit aliud, quam tanti momenti negotium maturam poscere deliberationem.

§. XXIX.

Sententia contra Fridericum.

p. 640. **T**um Thaddæus Sueffius, Papam contra Imperatorem sententiam dicturum

rum videns, surrexit, & ut pluribus privilegiis autoritas daretur, petiit: declaravit etiam, si Papa contra Cæsarem pronunciet, se ad Papam futurum, & ad generale concilium provocare. Papa reponerebat leniter: *Hoc concilium est generale, quia cuncti Principes tam profani quam sacri huc invitati sunt: sed Imperator sibi obnoxios advenire passus non est: tuam proin appellationem non admitto.* Sub hæc verba cœpit exponere, quantopere Fridericum amaverit, priusquam Papa fieret, quantum ei indulserit etiam post convocationem concilii, honorifice semper de illo loquens, ita, ut quidam ægre crederent, iudicium contra eundem latum iri. Denique illum exauthoravit viva voce, ac insuper in concilio hanc sententiam legi iussit.

Primum consilia a principio sui Pontificatus inita, ut per Petrum Collimedium, Guilielmum Mutinensem, & Abbatem ad S. Facundi cum Friderico de pace ageret, dein promissa die Coenæ Domini anno præterito 1244 Cæsaris nomine jurata, sed neutiquam soluta refert. *Ejus iniquam agendi rationem, inquit, diutius si ferremus, nos ipsos faceremus reos. Itaque muneris nostri ratio exigit, ut illum puniamus.* Tum Friderici crimina ad quatuor præcipua redigit, quæ omnibus manifesta esse dicit, perjurium, §. 55.

æcul. XIII.
A.C. 1245.

*Ibid. Et Ad.
Apostol. 2.
de sent. Et c.
in sexto.*

p. 641.

*v. Duchesne
to. 5. p. 343.
Sup. Lib.
LXXIX.*

rium, §. 55.

Sæcul. XIII. rium, sacrilegium, hæresin, & perfidiam.
A. C. 1245. Demonstrat perjuriū per violationes pa-

Conc. p. 644. cis an. 1230 cum Ecclesia, nempe cum
 Papa Gregorio IX. initæ, ac per plura
 alia juramenta læsa. Sacrilegium per
 captivitatem Legatorum cæterorumque
 Præfulum ad concilium in Genuæ trire-
 mibus proficiscentium. Hæresin per con-
 temptum censurarum, quibus affectus
 divino sacrificio interfuerit; per ejus con-
 junctionem cum Saracenis, ac foedus
 cum Imperatore Vatacio schismatico, cui
 filiam nuptui dederit, & per alias conje-
 cturas, quæ suspicionem vehementem
 moveant. p. 645. Perfidiam per vexationem
 Regni Siculi ab Ecclesia Romana clien-
 telæ beneficio accepti, per bellum con-
 tra Ecclesiam ipsam, & per omissum no-
 vem annis tributum.

Propter omnia hæc delicta, & plura alia, pergit Papa, post sedulam cum fratribus nostris & cum concilio deliberationem per potestatem ligandi & solvendi a Christo Jesu in S. Petro nobis datam, memoratum Principem omni honore ac dignitate, quibus indignum se per crimina sua reddidit, exutum denunciamus, & per hanc sententiam exuimus: absolvimus etiam pro quovis tempore a jurisjurandi religione cunctos, qui ei fidem jurarunt, ac severe interdiciamus, nequis deinceps ei ut Imperatori vel tanquam Regi pareat, aut has di-
 gnita-

gnitates adscribat: volumusque, ut, quis-
 quis cum ob alterutram prerogativam con-
 filio vel re ipsa in posterum juverit, ipso sa-
 cto ab Ecclesiae communione sit exclusus.
 Caeterum Imperatorem libere eligent illi, ad
 quos id attinet: Sicilicet vero adhibitis in
 consilium fratribus nostris providebimus,
 prout expedire visum nobis fuerit. Actum
 Lugduni decimo sexto Calendas Augu-
 sti anno Pontificatus nostri tertio; nimi-
 rum 17. Jul. an. 1245.

Saecul. XIII.
 A. C. 1245.

Hac sententia lecta Papa surgebat, &
 incepit *Te Deum*; quo cantato concilium
 solutum est. Durante lectione Pa-
 pa & Praefules accensos tenebant cereos,
 praesentesque omnes erant attoniti, ve-
 lut si ea ictus fulminis inter fulgura fuis-
 set. Legati Caesarei amare gementes
 pectora feriebant sua; Thaddaeus illud
 e sacris litteris dicebat: *Hic est dies irae,*
calamitatis, & miseriae: atque pudore af-
 fecti discedebant. Notandum tamen,
 Papam in titulo sententiae solum dicere,
 se illam pronunciare *praesente concilio*, non
 autem: *cum ejus approbatione*, sicut in de-
 cretis reliquis. Adhaec Papa in Impe-
 rium Germanicum a tempore Ottonis
 primi jus peculiare se habere affirmabat,
 quod Gregorium VII. & successores ejus
 sibi asseruisse vidimus. Siciliam constat
 fuisse Regnum beneficiarium e Romana
 Ecclesia pendens. Igitur e Friderico II.

p. 640.

p. 665.

Sophon. I. 15

Sup. Lib. LVI. §. I.
Sup. Lib. LXIII. §. II.

Hist. Eccles. Tom. XX. li ex-

Sæcul. XIII. exauthorato capiendum non est exem-
A.C. 1245. plum contra reliquos Principes supre-
3. Dis. §. II. mos: præterquam quod potestas Eccle-
 siastica generatim se non extendat ad res
 profanas, ut alibi demonstravi.

§. XXX.

*Facta post exauthoratum Fride-
ricum.*

Matth. Par. Papa, cum Imperium declarasset vi-
P. 593. duum, declaravit etiam Germaniæ
 Principes, quos hæc tunc agnoscebat E-
 lectores; nempe laicos, Austriæ, Bava-
 riæ, Saxoniae, ac Brabantiae seu Lovanii
 Duces; Præsules, Archiepiscopos Colo-
 niensem, Moguntinum, & Salisburgen-
 sem. In quendam Rheni insulam con-
 veniendum solis erat, nec permittendus
 cuiquam alii accessus, donec de futuro
 Rege consentirent. Papa per litteras
 eos vehementer oravit, ut Imperatorem
 alium cooptarent, suum & totius Eccle-
 siæ subsidium, ac mox quindecim argen-
 ti selibrarum millia spondens: At Fride-
 rici oppositio hos Principes, præsertim
 Austriæ Ducem ipsi foedere junctum per
 aliquantum tempus cohibuit.

Matth. Par. Imperator comperto, se exauthora-
P. 595. tum esse, ira excandescens, ac præsentem
 obliquis intuens oculis dixit: *Isle Papa
 in concilio suo de gradibus dignitatum medi-*
 rati

rum me dejecit, measque mihi coronas abri-
 puit: unde hæc illi audacia? Apportate
 mihi cistellas meas! Quibus apertis, Vide-
 te, inquiebat, an coronas meas amiserim!
 Earum altera capiti suo imposita super-
 biens scintillantibus oculis & terribili vo-
 ce, Coronam meam, ajebat, nondum perdi-
 di, quam non nisi fuso sanguine vel Pa-
 pa mihi vel concilium adimet. Mediocris
 fortis homo Imperatoriam mihi dignitatem
 abrogare audeat, inter Principes parem
 non habenti? Conditio tamen mea fit me-
 lior. Obedientiam illi, vel saltem venera-
 tionem aliquam debebam; nunc nihil debeo.
 Ex eo tempore studiosius conatus est Pa-
 pæ in bonis, cognatis & amicis ipsius,
 quidquid malorum posset, afferre. Tau-
 rini erat, cum exauthoratum se audiit:
 & quamprimum Cremonam reversus Im-
 perii res composuit: dein propere in A-
 puliam profectus, filium suum Conradum
 mox in Germaniam misit.

Sæcul. XIII.
 A. C. 1245.

Mon. Pad.
 an. 1245.
 p. 591.

Principes a Papa ad se conversurus, Petr. de Vin.
 geminas eis epistolas scripsit. In priore, lib. 1 ep. 2.
 ut exemplo ipsius sapiant, exhortans, Matth. Par.
 Quid a tali Papa, inquit, singulis vestrum
 non timendum est, dum me post solennia
 Principum suffragia tota Ecclesia probante
 Dei nutu coronatum Imperatorem, tot a-
 lia sane grandia Regna gubernantem movere
 gradu molitur, cum tamen nullum jus ha-
 beat, contra nos, quantum ad profana spe-
 ctat,

Sæcul. XIII.
A.C. 1245.

Etat, severitatem aliquam adhibendi, etiam si fingamus, legitimis & manifestis illum causis eo adductum esse? At nec primus sum, quem Clerus potestate abutens sua sic invasit, nec ultimus ero. A vobis hoc malum nascitur, dum geritis morem his hypocritis, quorum ambitio limites nescit. Quot crimina, quæ pudor ne recitari quidem patitur, si velletis attendere, in Romana curia detegeretis! Magni e regnis multis proventus eos divites simul & insanos reddunt. Quam remunerationem, quod gratularum mentium specimen vobis dant pro decimis ac elemosynis, quibus eos sustentatis? Et postea: Ne credite, me ob sententiam Papæ abjecto esse animo! Conscientiæ meæ puritas, cuius testis est mihi Deus, mihi affirmat eum esse mecum. Semper cogitavi Ecclesiasticos, præsertim summos, in Ecclesiæ primæve statum redigere vitam ducentis Apostolicam, & Dominicam demissionem imitantis. Tuus Clerus videbat Angelos, sanabat infirmos, resuscitabat mortuos, Reges ac Principes non armis sed virtute sua sibi submittebat. Hodiernus rebus fluxis addictus, ac deliciis ebrius contemnit Deum, & opes nimia omnem in eo Religionem suffocant. Itaque charitatis opus est, perniciosas ei divitias, quæ illum opprimunt, adimere: atque hoc est, quod omnes mecum agere debetis.

§. XXXI.

Sæcul. XIII.
A. C. 1245.

*Friderici ad S. Ludovicum
litteræ.*

Alteram epistolam Imperator Fridericus ad sanctum Regem Ludovicum dedit, in qua præcipue conatur sententiam Papæ nullam demonstrare diversis extrationibus. Prima est jurisdictionis penuria. Nam, inquit, quamvis secundum catholicam fidem agnoscamus, Deum Papæ plenam potestatem in res spirituales dedisse: nusquam tamen legimus divinam vel humanam legem aliquam, ex qua possit pro arbitrio suo imperium transferre, Reges ac Principes in rebus profanis judicare, ac terris privando punire. Per jus & consuetudinem ad eum pertinet nos inaugurare: sed nos movere gradu non ideo magis potest, quam alii cæterorum Regnorum Præsules, qui Reges inungunt suos.

*P. Vin. I.
ep. 3.
Matth. Par.
p. 614.
v. Rayn.
1246. n. 21.
&c.*

Deinde ad vitia iudicii venit. Non id accusatio, ait, non denunciatio, non inquisitio præcessit, sed prætensa notitia publica, quam nos negamus; & quam quilibet Judex obtendere posset ad condemnandum, quemcunque vellet, absque ordine iudiciario. Ut ajunt, adversum nos in concilio consurgebant testes quidam pauculi, quorum unus, scilicet Episcopus Calvensis nos oderat, quippe cujus frater ex justa sententia no-

Sæcul. XIII.
A. C. 1245.

stra e patibulo suspensus, nepos proditionis convictus erat: alii, ut Archiepiscopi Tarraconensis & Compostellanus ab extrema adveſti Hispania, & rerum Italiae profusus inscii facile subornari potuerant. Sed si adfuissent cum auctore testes, accusatum quoque comparere, aut contumaciae juridico ritu damnari oportuisset. Non legitime acciti miseramus oratores, qui absentiae nostrae causas exponerent: non auditi sunt. Constat vero, actionem contra nos civilem, non capitalem fuisse; quia, cum vocaremur, nobis libertas relicta est per nos aut per Oratorem comparendi. Ipsa contumacia, si ponamus aliquam, non punienda est per iudicium decretorium sine cognitione causae condemnans. Etiam forma pronuntiationis sententiam fuisse nullam ostendit, quia non Orator noster praesens, sed nos absentes damnabamur.

Sententiae iniquitatem plane exhibemus per monumenta publica, uti praesentium lator sigillatim proponet. Papae praematura festinatio ad ferendum iudicium patet ex eo, quod ne triduo quidem expectaverit Episcopum Frisingensem, Magistrum Ordinis Teutonicum, ac Petrum de Vineis, quos postremo ad concilium consociendae pacis gratia miseramus. Denuum poenae qualitas malevolentiam & vanitatem Iudicis declarat. Crimine laesae Majestatis condemnans Imperatorem Romanum, legi subjicit illum, qui

qui per dignitatem suam legibus solutus, Sæcul. XIII.
 pœnis profanis a Deo solo puniri potest nul- A.C. 1245.
 lum supra se hominem habens. Spirituales,

nempe peccatorum nostrorum pœnas cum demissione accipimus, & fideliter persolvimus non tantum a Papa, quem spiritua- lem patrem ac Dominum nostrum agnosci- mus, verum etiam a quolibet Sacerdote no- bis impositas. Quæ res manifestum facit, quo jure suspecti de Religione reddamur, cui firmiter adheremus, & quam simpliciter profitemur (testamur Deum) secundum approbationem Catholicæ ac Romanæ Ec- clesiæ.

Considera proin, an obedire debeamus huic sententiæ non solum nobis, sed cunctis Regibus, Principibus, ac Proceribus profa- nis, tam noxiæ ac pronuntiatae non con- sulto quoquam Principum Germanicæ, a quibus nostri electio ac destitutio pendet. Considera effectus hujus moliminis! A no- bis initium Papa ducit; in te finem faciet, & gloriatur palam, post subrutam poten- tiam nostram nullius renixum esse metuen- dum. Jus igitur tuum una cum nostro tuere, atque jam nunc provide tuorum successorum commodis! Absit, ut adversa- rio nostro, vel Legatis aut Nunciis ejus pu- blice aut secreto saveas! Resiste illi forti- ter pro viribus tuis, nec in terras tuas reci- pe ex emissariis ejus quenquam, qui tibi sub- ditos concitare in nos velit. Nec dubita,

Sæcul. XIII. A. C. 1245. *quin iuvante Regum Rege, qui æquam semper causam protegit, his initiis ita nos opposituri simus, ut effectus rei tibi minime sint timendi. Rationem hujus perturbationis, quæ totum orbem Christianum in discrimen conjicit, Deus ab eo exiget, qui materiam illius præbet. Dabat Taurini ultimo die Julii 1245. Misit etiam Anglorum Regi, & probabiliter aliis Principibus.*

Matth. Par. p. 596. Prior epistola Fridericum reddiderat odiosum, ut qui minuere vellet Ecclesiæ libertatem ac excellentiam, ab opibus & splendore profano separari non posse tunc visam; & hæresis suspicionem de illo conceptam firmaverat. Sed altera contrarium habuit effectum, & a Papa multorum Principum animos avertit, si Fridericus succumberet, Aulæ Romanæ dominationem timentium.

Id. p. 516.

§. XXXII.

Papa sententiam tuetur suam.

Generalia Cisterciensium comitia festo Exaltatæ sanctæ Crucis die 14 Septembris ex more cum agerentur, ad illos Papa epistolam dedit, in qua dicebat: *Ecclesia in horribile venit periculum, quod precum duplicationem postulat. Non amplius solliciti erimus, ut contra Fridericum,*

cum, antea Imperatorem, materiam adhibeamus gladium, sed spirituali solum utemur. Non vos tangant sermones ob ignorantiam veritatis perhibentium, nos contra hunc Ecclesie inimicum ex prematura festinatione tulisse sententiam. Nec enim meminimus, ullam aliquando causam tam sedulo examinatam, & a viris tam doctis probisque expensam esse, usque adeo, ut secretis in consultationibus aliquot Cardinales personam advocati, quidam pro eo, alii contra illum gererent, quo penitus veritas sicut in disputationibus scholasticis indagaretur: & nos nullum invenimus medium sine offensa Dei, damno Ecclesie, ac conscientie laesione agendi aliter, quam fecimus cum dolore ac commiseratione Principis. Hoc proin iudicium insuperabili constantia tuebimur, atque si nobis & fratribus nostris id opus erit, vitam dabimus pro causa Dei ac Ecclesie. Monachi Cistercienses acceptis his litteris detestabantur Friderici partes, ac Summo Pontifici se arte conjungebant, orantes Deum, ut suam conservaret Ecclesiam. Eorum vero autoritas adhuc magna in orbe erat.

Sæcul. XIII.
A. C. 1245.

§. XXXIII.

Sacri milites in Francia.

Mense Augusto 1245. Papa ob preces S. Ludovici Parisios ut Legatum

Duchesne to. 5. p. 344. Matth. Par. p. 600.

I i 5

mise-

Sæcul. XIII.
A.C. 1245.

miserat Odonem Castro-Radulphianum
 Cardinalem Episcopum Tusculanum, &
 Jacobi Vitriacensis successorem. Odo
 Castri Radulphii in Gallica Biturigum
 provincia natus, Ecclesiæ Parisiensis Ca-
 nonicus fuerat & Cancellarius. Causa
 legationis erat Gallorum Nobilium ex-
 hortatio ad sacram militiam, ut Hiero-
 solyma Corefmanis eriperetur. Post-
 quam advenerat, Rex octavo a festo
 S. Dionysii die scilicet sub medium Octo-
 brem Parisiis magnum habuit Senatum,
 in quo plurimi Præsules Proceresque
 Franciæ comparebant. Ibi Legato ac
 Rege authoribus tesserariam crucem in-
 duerunt Juhel Archiepiscopus Turonen-
 sis, Philippus Archiepiscopus Bituricen-
 sis, Robertus Episcopus Bellovacensis,
 Garnerius Laudunensis, Guilielmus Au-
 relianensis, Robertus Artesiæ Comes,
 Regis frater, Hugo Castellionius Polia-
 centis ac Blesensis Comes, Gaucherius
 ejus nepos, Joannes Comes Barensis, Pe-
 trus Britannæ Comes, Joannes ejus fi-
 lius, Hugo Marchiæ Comes, Joannes
 Montefortius, Radulphus Coccius, ac per-
 multi alii tam Clerici quam laici, qui
 diversis diebus symbolicæ crucis mili-
 tiam iniere.

§. XXXIV.

Sæcul. XIII.

A. C. 1245.

Legatio Friderici ad S. Ludovicum.

Imperator Fridericus interim Petrum de *Du Cang.*
Vineis, & Clericum quendam *Gualterium* *sur Joinv.*
Docrium nomine in Galliam cum ^{p. 56.}
 epistola misit, in qua dicebat: *Papa* &
aliqui antecessores ejus, nobis, multisque aliis
Principibus justas conquerendi causas dede-
runt, attribuendo sibi potestatem instituendi,
ac exauthorandi Imperatores, Reges, ac
quosvis Dominos profanos, & absolvendi
clientes beneficiarios a juramento fidelitatis,
dummodo sententia anathematis contra Do-
minos pronunciata fuerit. Præterea, quan-
do inter Dominos & clientes beneficiarios,
vel inter duos Dominos vicinos controversia
oritur, Papa orante parte una conciliato-
rem agens, alteram invitam ad compromis-
sum suas inter manus faciendum adstringere
vult; aut causam unius partis suscipit, ut
alteram ad ineundam pacem compellat: De-
nique hominum privatorum gratia causas
temporales & fiduciarias non sine damno ju-
risdictionis profanæ suppressit, vel ad tri-
bunal Ecclesiasticum devolvit.

Ut his molitionibus evidentia accedat,
& remedia afferantur, Petrum de Vineis, &
Gualterium Docrium ad Regem Gallicæ cha-
rissimum amicum nostrum mittimus, vehemen-
ter

Sæcul. XIII.
A.C. 1245.

menter orantes, ut Pares Franciæ laicos cæterosque Regni sui Nobiles convocet, nostra huius rei argumenta se præsentem auditorum. Si subterfugiat id negotii, nobis consiciendum relinquens, non opponat se nobis, vel subditorum quenquam obsistere patiatur, nec subsidium Papæ aliquod durante hac controversia ferat, precamur. Si vero suam interponendo operam Papam ad compensandas has injurias ac præcipue ad retexendum sententiam contra nos in concilio Lugdunensi latam adducere opportunum suaque persona dignum, ut est, existimet, pro honore Dei ac singulari nostra erga Regem Franciæ affectione nostram cum Papa controversiam inter illius manus deponimus, parati ad præstandam Ecclesiæ talem satisfactionem, qualem ex consilio suorum Procerum convenire censuerit. Ad finem epistolæ Imperator Regi suas offert suppetias ad exequendam sacram expeditionem, etiam si sua cum Papa reconciliatio non eveniret. Inscriptam omnibus Gallis dabat Cremonæ 22. Septembris 1245. quarta indictione inchoata.

§. XXXV.

Papæ ac Regis colloquium Cluniacense.

*Chr. Senon.
6. 9. to. 3.*

Sanctus Ludovicus, cui non placebat Fridericum exauthoratum esse, eum cum

cum Papa in gratiam reducendi consilium cepit: & hæc præcipua congressus eorum causa esse credebatur. Nam Rex Papam, ut Cluniacum iret, oravit, eumque interiora Franciæ intrare noluit. Papa medio Novembri, sub hujus finem Rex illuc se conferebat. Die Festo S. Andreæ Papa divinum sacrificium peregit ad aram principem majoris Ecclesiæ Cluniacensis præsentibus duodecim Cardinalibus, duobus Patriarchis Latinis Antiocheno & Constantinopolitano, tribus Archiepiscopis, Remensi, Lugdunensi ac Vesuntino, quindecim Episcopis, & multis Abbatibus tam nigris, quam candidis. S. Ludovicum comitabantur Regina Blanca mater cum Isabella sorore, ac tres fratres sui Robertus Artesiæ, Alphonsus Pictonum, & Carolus Andegaviæ Comites. Aderant quoque Balduinus Imperator Constantinopolitanus, Regii Principes Arragoniæ & Castellæ, Dux Burgundiæ, Comes Pontinensis, multi- que alii Proceres. Plerique intra cœnobii ambitum habitabant nullo monachorum incommodo: tot ædificia continebat.

Sæcul. XIII.
A. C. 1245.

Spicil. p. 367
Matth. Par.
p. 598.
Bibl. Clun.
p. 1666.

cod. 7. 61

409

Colloquia Papæ ac Regis secretissima erant sola Regina Blanca conscia: sed nemo dubitabat, quin de pace inter Papam & Imperatorem consultarent. Nam Rex in expeditionem sacram educere copias

Matth. Par.

ctū supra humeros crucibus ex auro & ferico arte Phrygia eleganter pictis signari, illosque Nobiles his trabeis indutos divinum ad sacrificium ante lucem secum venire iussit. Aperiente se die cum in vicini humero, deinde in suo quisque crucem cernerent, jucunda novitate capti, non deprecandam sibi ducebant sacram militiam, ad quam a Rege hoc innocente artificio inducti essent.

Sæcul. XIII.
A. C. 1246.

§. XXXVI.

Henricus Comes Provincialis in Regem Romanorum electus.

Interim Papa Imperium reputans viduum, Germaniæ Principes, ut Romanorum Regem cooptarent, urgebat, Henricum Provinciale Thuringiæ Comitem, Ludovici an. 1227 extincti fratrem singulariter commendans. Et vero Electores aliqui consentiebant, præcipue Conradus Archiepiscopus Coloniensis. At Comes id ægre in animum induxit, cupiens in parva provincia sua pace frui potius, quam exponere se periculis belli præsertim contra Fridericum virum callidum, & in gerendo militari imperio exercitatum. Papa per litteras 21 Aprilis 1246 datas Electores ad præferendum reliquis Henricum animavit, spondens, se, si morienti pareant, assidue conaturum facere,

An. 1246.
p. 602.

Mon. Pad.
p. 602.

Sup. Lib.
LXXIX.
§. 36.

Lib. 3. ep. 4.
ap. Rayn.
1246. n. 2. 3.

ut

Sæcul. XIII. ut ipsorum res prospere succedant. Scripsit simul Bohemiæ Regi Wenceslao quarto, & Bavariæ, Brabantiæ, Brunsvigæ, ac Saxonix Ducibus, electionem recusantibus, asseverans, hanc esse medium Ecclesiæ ac Imperio pacem restituendi.

Rayn. n. 6. 7. Legatum in Germaniam misit Philippum Fontium electum Episcopum Ferrariensem, virum rebus gerendis idoneum & animosum, cui magnam dedit potestatem, etiam per pœnas profanas Dominos laicos, qui electi Regis iussa abnuerent, ad officium adigendi. Fratribus Prædicatoribus quoque ac Minoribus, qui in magna existimatione & autoritate apud populum erant, 22 Aprilis scripsit, ut a novo Rege starent, & cum primum electus esset, exhortationibus publicis ac privatis, & pœnarum condonationem promittendo Germanos illi submitterent.

Alb. Stad. an. 1246. Siffrid. eod. Matth. Par. p. 616. Tandem Archiepiscopi Moguntinus & Coloniensis ac quidam viri Principes laici prope Würzburgum die festo Ascensionis Domini 17 Maji 1246 Henricum Provinciam Thuringiæ Comitem in Romanorum Regem elegerunt. Moguntino mox contra omnes heterodoxos, quibus Fridericus annumerabatur, bellicum solenniter canente, hujus conventus Principes Nobilesque cuncti tesserariam induere crucem. Ab eodem Præsule de
electio-

electione per litteras edoctus Papa, dum 9 Junii respondebat, illi suum hac de re gaudium significabat, ut novum Regem ad susceptum consilium fortiter exequendum, ac Germaniæ Principes ad ejus defensionem animaret, suadens, spondensque, se omne auxilii genus laturum. Et vero magnas pecuniæ summas Henrico misit: quo comperto Fridericus occupandas curabat vias, hoc subsidium in rem suam versurus. Qui ejus partes sequebantur, Henricum Regem Sacerdotum vocabant. Papa etiam anathema contra Fridericum denuo promulgari, eique parentium terras interdicto affici jussit.

Sæcul. XIII.

A.C. 1246.

Rayn. 1246.

n. 5. 6.

§. XXXVII.

Conspiratio contra Fridericum.

Papa non segnius in Sicilia ante Regis Henrici electionem rem gerebat. Duos illuc Cardinales ut Legatos misit nempe Stephanum Presbyterum tit. S. Mariæ trans Tiberim, & Rainerium Diaconum tit. S. Mariæ in Cosmedin: & ad omnes Præsules, Nobiles, populumque hujus Regni epistolam misit, in qua eos prorsus liberos declarat a servitute Friderici, quem novum Neronem vocat, & *approbante concilio* exauthoratum dicit, quamvis sententia sonet: *concilio præsentente*: ut jam notavimus. Hortatur, &

III. ep. 8. ap.

Rayn. n. II.

Hist. Eccles. Tom. XX.

K k ad

Sæcul. XIII. ad impetrandam noxarum veniam præcipit, ut hujus hominis condemnati jugum excutiant, & sub ditionem Ecclesiæ Romanæ, cujus filii peculiari quadam ratione sint, sincere redeant, libertate integra, & fausta tranquillitate fruituri. Dabat 26 Apr. 1246.

Petr. Vm. Sed jam antea hoc in Regno quædam
II. ep. 10. contra Fridericum conspiratio facta erat,
Matth. Par. ut cernitur in epistola, quam ad Reges
p. 622. ac Principes ita scripsit: *Quidam e nostris*
Rayn. n. 14. *servis in necem nostram conjuraverant,*
scilicet Theobaldus, Franciscus, & Jacobus
de Morra, Pandolfus Fasanellius, Guilielmus
a S. Severino, & alii. Sed aliqui complices
conspirationem nobis detexerunt: & dum
veritatem rei indagabamus, Pandolfus &
Jacobus, qui nobiscum versabantur, se
subducebant: Theobaldus & Guilielmus, cum
essent in Regno, & nostræ mortis nuncium
expectarent, duas ex arcibus nostris, Caput
Aqueum & Scalin ex insidiis occupave-
re. Addit deinde, Scalin effereceptam,
atque conjuratos e suis manibus elabi
non posse. Indicat mandata pro securitate
Italiæ a se edita. Tum ait: Celeremus
libenter conjurationis authorem, si
publica vox, & factorum evidentia illum
non proderet. Nam fontes fugerunt, ob-
dentur, comites habent Fratres Minores, a
quibus tesseraria cruce induti sunt, & mon-
strantes Papæ epistolas libere dicunt, se
Eccle-

Ecclesie Romanæ rationibus consulere. Qui Scali comprehensi fuerant, idem locuti sunt in confessione voluntaria, quam publice fecerunt ad moriendum parati. Episcopus Bambergensis Roma post venalem sui consecrationem rediens, antequam a servis nostris in Germania caperetur, etiam palam dixit, nos certo certius a domesticis nostris brevi de medio sublatum iri. Episcopos tam atrox consilium posse capere nunquam putassemus. Nam hactenus (Deus scit) etiam post Lugdunense concilium nunquam consensimus in necem Papæ vel Cardinalium cuiquam afferendam, quamvis e servis nostris aliqui pro suo salutis nostræ studio id sæpe a nobis flagitaverint. Tueri nos sine vindicta contenti sumus. Dabat Salerni 25 Aprilis.

Sæcul. XIII.
A. C. 1246.

§. XXXVIII.

*Sultani Ægyptii ad Papam
epistola.*

Papa Innocentius scripsit etiam Sultano Ægyptio Melic-Saleh, ut Friderico ap. Rayn. n. 52. foedus renunciaret, persuasurus. Respondit ille hunc in modum: *Accepimus vestram epistolam, & Legatum vestrum Matth. Par. p. 621. Alb. Stad. fol. 618. audivimus. Locutus est nobis de Jesu Christo quem præ vobis & cognoscimus, & honoramus. Pacem, quam omnes inter populos conciliare cupitis, nos pariter optamus.*

K k 2 mus.

Sæcul. XIII.
A.C. 1246.

mus. Sed nostris fœdus mutuamque amicitiam jam tempore Sultani patris nostri, quem Deus in gloria sua collocet, nos inter & Imperatorem junctam. Quamobrem nobis pactiorem cum Christianis aliquam sine Principis hujus consensu facere non licet: ac Legato, quem in ejus aula habemus, ea, quæ vester nobis exposuit, scripsimus. Viva vobiscum voce consultabit: & ad ejus responsum nos ita conformabimus, ut non deflectamus ab utilitate publica, & a Deo gratiam ineamus. Dabat die septimo Arabici mensis Moharram, qui hoc anno 1246 mensis Augustus erat.

§. XXXIX.

Fridericus de hæresi purgare se vult.

ap. Rayn.
n. 18.

Interim Fridericus se purgare voluit de suspitione hæresis, causa, cur condemnatus sit, odiosissima. Hunc in finem examen subiit Archiepiscopi Panormitani, Ticinensis Episcopi, Cassinensis, Cavenensis, & Casa Novæ Abbatum, & duorum Fratrum Prædicatorum Rolandi ac Nicolai, qui eum de articulis Symboli Apostolici, atque de reliquis fidei catholice punctis interrogarunt. Juravit, ea se firmiter credere, & viros illos constituit procuratores suos, ut ipsius nomine idem jurarent, ac præsentis Papæ faciendam

dam in loco idoneo purgationem de hæ-
 resis suspicione offerrent. Hac de re
 Præfectus tabularii Lucanæ Dioceſeos
 tabulas confecit publicas, quas Frideri-
 cus una cum ſuis litteris auro obſignatis
 illis ſeptem viris tradidit, atque ita mu-
 nitos Lugdunum miſit. Sed Papa pri-
 mum eos audire renuit, in anathema in-
 curriſſe cenſendos dicens, tanquam Fri-
 derici fautores, eo quod ab eo miſſi lit-
 teras attuliſſent, in quibus ſe Regem ac
 Imperatorem falſo diceret. Cum vero
 ſe Friderici non ut Imperatoris vel Re-
 gis, ſed ſolum ut hominis Chriſtiani nun-
 cios aſſerent, Papa tres Cardinales, qui
 eos auſcultarent, ſelegit, Episcopos Por-
 tuenſem & Albanenſem, atque Hugo-
 nem a S. Charo Tit. S. Sabinæ Presby-
 terum.

Nuncii, poſtquam tabulas eis litteras-
 que monſtraverant, ad juſjurandum Fri-
 derici nomine dicendum, ut purgaretur,
 ſeſe offerebant. Sed Papa per Cardina-
 les id edoſtus dixit, examen fuiſſe teme-
 rarium utpote ſine poteſtate factum; &
 tabulas non mereri fidem, eo quod illa-
 rum ſcriptor in anathema incurriſſet Fri-
 dericum agnoſcendo Regem ac Impera-
 torem. Negabat igitur, ſe velle vim ſen-
 tentiæ contra Fridericum latæ infringere:
 & accerſitis ſeptem viris dicebat, eos
 nec procuratores, nec nuncios eſſe ha-

K k 3 ben-

Sæcul. XIII.
 A.C. 1246.

Sæcul. XIII.
A.C. 1246.

bendos, sed ob audacem alieni juris læsionem castigandos. Tum eis in præsentia Cardinalium pluriumque aliorum Præfulum affirmabat, se illorum examen ac Friderici purgationem reputare frivolum & nugatoriam, quippe nec in loco, nec de materia, nec coram viris idoneis factam, eo quod una cum propinquis suis sub tyrannide ac de curia ejus essent. Quare hanc agendi rationem purgationemque irritam declarabat. Addebat: *Quantum ad illud attinet, quod sui purgationem coram nobis faciendam offerat, quamvis ob dictas rationes audiendus non sit, non renuimus tamen eum recipere, si de jure possumus, dummodo legitimo tempore ipse sine armis & cum modico comitatu veniat; & cavebimus, ne vel in se, vel in suis lædatur.* Hæc sunt, quæ continent ejus litteræ ad omnes Christianos Lugduni 23 Maji datæ.

§. XL.

Alterum Papæ cum Rege colloquium.

Interim sanctus Rex Ludovicus Cluniacum rediit, ut cum Papa decimo quinto a Paschate die, scilicet exeunte Aprilis, sicut inter ipsos convenerat, loqueretur. Fridericus per conjurationes in Germania & Italia contra se factas demissior

Matth. Pav.
p. 610.

missior redditus, sancto Regi tanquam ^{Sæcul.XIII.}
 conciliatori potestatem dedit pacem cum ^{A.C.1246.}

Papa conficiendi his conditionibus. Dicebat, se velle Terram sanctam petere, ibi reliquam vitam agere, Regnoque Hierosolymitano integre recipiendo vires omnes impendere, si a Papa ipse quidem plenam absolutionem acciperet, filius autem Imperator coronaretur. Papa reposuit: *Quoties promissa fecit æque aut magis salubria, etiam jurejurando firmata! sed tantum aberat, ut fidem præstaret suam, ut postea pejus, quam antea ageret.* Deinde Sanctum humiliter intuens addebat: *Rex! non hic agitur mea tantum, sed totius Christiani orbis utilitas. Considera, quam sæpe Fridericum reconciliandum acciverimus, toto concilio expectare jusso! venire tamen non magis voluit, quam promissa & juramenta servare sua. Omnem sibi fidem ademit.*

Ad ea Rex: *Domine! nonne secundum doctrinam Evangelicam misericordiam flagitanti semper brachia tendere oportet? Expende difficilem rerum statum! Terra sancta in periculo est; nec eam liberandi spes restat, nisi faventem nobis reddamus hunc Principem, portuum, insularum, & tot maritimarum regionum Dominum, omnia, quæ nostrum promovere iter possunt, cognoscentem. Grandia facit promissa: oro & suadeo, ut accipias, tam mea causa, quam*

Sæcul. XIII. *in gratiam tot millium sacrae peregrina-*
A.C. 1246. *tionis ergo transitum maris facilem oppo-*
rientium, aut potius ob emolumentum totius
Ecclesiæ. Recipe Principem, qui se demit-
tit, & imitare clementiam illius, cujus vi-
carius in terra es! Papa se erigens in
repulsa perstitit: & Rex ejus duritiam
Matth. Par. *indignatus abiit. Hic tamen probabili-*
p. 620. *ter congressus erat, in quo Rex a Papa*
omnium Regni sui proventuum Ecclesia-
sticorum partem decimam ad sustinendos
transmarini itineris sui sumptus obtinuit;
sed & plures ejusmodi decimas intra re-
giminis sui spatium impetravit.

§. XLI.

Concilium Biterrense. Inquisitio.

to. XI. Conc. **G**uilielmus Delabrovius Archiepis-
p. 676. 688. *copus Narbonensis, qui anno priore Pe-*
tro Amelino successerat, hoc anno 1246,
die Jovis post octavam Paschatis 19 A-
prilis concilium Biterris habuit, cui in-
tererant octo ejus Suffraganei, Raymun-
dus Tolosanus, Clarus Carcaffonensis,
Berengarius Helenensis, Guilielmus Lu-
tevanus, Petrus Agathensis, Raymundus
Biterrensis, Raymundus Nemaufensis,
ac Pontius Uzeriensis, & Abbates, cæ-
terique provinciæ Præsules. Hoc in con-
cilio editæ sunt sex & quadraginta san-
ctiones, quarum quindecim priores ad
hære-

hæreticos spectant, & maximam partem Sæcul. XIII.
e prioribus conciliis repetuntur: multæ A.C. 1246.
ad executionem concilii Lateranensis sub
Innocentio tertio celebrati, multæ ad con-
servanda Ecclesiæ jura pertinent.

Frâtes Prædicatores, in provinciis
Arelatensi, Aquensi, Embrodunensi, ac
Viennensi constituti a Papa Inquisitores,
hujus concilii Præsules consulebant, qua
ratione munus sibi suum exercendum es-
set. Concilium jussu Papæ longum eis
præscriptum dedit triginta septem pun-
cta continens ac simile illi, quod unde-
cim abhinc annis, scilicet anno 1235 con-
cilium Narbonense in pari casu consecra-
rat. Et hæc sunt fundamenta rationis
agendi, quæ in tribunalibus inquisitionis
ex eo tempore observata fuit. Vide sum-
mam præscriptionis a concilio Biterren-
si conditæ! In territorio vestræ inquisi-
tionis eligitis locum, in quem Clericos
& populum congregatis: & habebitis
sermonem, in quo vestrum officium ex-
plicabitis, ac hujus litteras legetis: tum
omnes, qui se de hæresi reos sentiunt,
vel alios hac in re fontes cognoscunt, in-
tra certum spatium, quod tempus gra-
tiæ dicetis, ad declarandam veritatem
coram vobis comparere jubebitis. Qui
huic mandato paruerint, effugient pœ-
nam mortis, perpetui carceris, exilii, &
publicationis bonorum. Curabitis, ut

p. 688.

Sup. Lib.
LXXX.
c. 51.

v. Direct.
Inquis. par.
3. p. 407.

c. 1. 2.

c. 4.

c. 5.

K k 5 jus-

Sæcul. XIII.
A.C. 1246.

c. 6. 7. 8. 9.

jusjurandum interponant; ut eorum confessiones ac testimonia vir publico fungens munere litteris consignet, ut illi, qui se velle reverti ad Ecclesiam dixerint, falsas opiniones suas ejurent, faciantque promissum vobis jubentibus detegendi hæreticos ac infectandi. Nominatim accersatis eos, qui se vobis intra tempus gratiæ non stiterint: ac errata edoctis sua defendendi se libertatem, ac legitimas dilationes permittetis. Nisi recte se defenderint, & sint facti errores suos, sine misericordia, etiamsi Ecclesiæ arbitrio se submitterent, condemnabitis.

c. 14.

Tum, quid contumaciter absentibus fieri debeat, statuitur. Deinde additur: Hæreticos Declaratos seu Vestitos coram viris Catholicis & prudentibus secreto examinabitis, & ad Religionem sanam per lenitatem adducere pro viribus conabimini: nam istius modi homines multum lucis ad hoc negotium atulere. Si obstinati permaneant, eos errata sua fateri publice ad horum detestationem cogetis: postea reos damnabitis in præsentia civilium Magistratum, eorumque ministris relinquetis. Ad perpetuos carceres condemnabitis hæreticos post sui damnationem relapsos, fugitivos, qui redire voluerint, & illos, qui non nisi post tempus gratiæ comparuerint, aut suppresserint veritatem. Nihilominus

minus post aliquod captivitatis tempus ^{saecul. XIII.} poenam commutare poteritis de consilio ^{A.C. 1246.} Episcoporum, quibus obnoxii sunt, postquam vobis de complenda poenitentia sua satisdederint. Hi captivi parvis in cubiculis separatis erunt ita, ut nec alios inclusos, nec extraneos depravare possint.

c. 23.

Illis, qui non includi debebunt, in poenam injungetis, ut per certum tempus seu per se, seu per alios, cis vel trans mare, contra Saracenos aut haereticos, caeterosve Ecclesiae hostes fidem defendant; ut in veste superiore geminas cruces flavas, alteram anterior, a tergo alteram portent; ut Dominicis ac festis diebus sacro, vesperis, & concioni adsint, atque inter Epistolam & Evangelium Sacerdoti cum virgis in manu se sistant; Sacerdos autem, postquam eos castigaverit, exponet populo, ob qualem haeresin hanc poenam subeant. Et postea: Curabitis, ut bona haereticorum, qui vel condemnati, vel carceri inclusi fuerint, publicentur; ut illis, qui eos comprehenderit, merces solvatur; ut observentur omnia, quae ad extirpandam haeresim, & ad propagandam fidem pertinent; inter alia, ut libros Theologicos laici ne latino quidem in sermone, ipsique Clerici vernacula in lingua non habeant.

c. 26.

c. 35.

c. 36.

§. XLII.

Sæcul. XIII.
A. C. 1246.

§. XLII.

Concilia in Catalonia.

Marca Hisp.
p. 532.

Eodem anno 1246 Petrus Albalatus Archiepiscopus Tarraconensis duobus celebravit concilia. Illi, quod primo Maji habebat, intererant sex Episcopi, Pontius Dertofanus, R. Ilerdensis, Petrus Barcinonensis, Arnoldus Valentinus, Rodericus Cæsaraugustanus, & Berengarius Gerundensis. Iteratum ibi est anathema in illos, qui bona vel homines Ecclesiasticos per vim caperent; statutumque, ut Saraceni captivi, qui baptismum peterent, apud Rectorem Ecclesiæ, ad quam venissent, aliquot dies agerent, ut specimen caperetur, utrum voluntas eorum sincera esset ac seria, vel an solum e ferivitate eximi cuperent. Aliquot dies ad hoc experimentum oppido pauciorant.

Mariana
lib. 13. c. 6.
Gomas lib.
14. p. 511.

Alterum concilium Ilerdam convocatum est ad reconciliandum Jacobum Aragoniæ Regem anathemate percussam hanc ob causam. In juventute sua commercium cum illustri foemina (Theresa Vidaura vocabatur) habuerat; quæ dein cum Regina Violanta seu Yolanda conjunctum videns, in Romana curia accusavit tanquam nuptias secum faciendas pollicitum. Sed quia clam sponderat,

rat, Theresia id probando impar, repulsam tulit. Igitur ad Berengarium Episcopum Gerundensem, quem rei veritatem edoctum sciebat, confugiens, impetravit; ut hac de materia ad Papam Innocentium quartum secreto scriberet. Tum coepit spargi rumor, Theresiæ conjugium denuo examinari. Quo comperto Rex Papam non potuisse rem cognoscere nisi ex Berengario censuit, cui eam sacro in tribunali confessus esset. Ira proinde percitus, Episcopo accersito & in conclave suum introducto linguam refecari iussit, atque Gerundam eum remisit.

Verum a Papa se proscriptum, Regnumque suum interdicto affectum audiens, agnoscere suum peccatum coepit; minuere tamen cogitans, Papæ scripsit: *Episcopus, postquam apud me gratia permultum valuerat, contra me machinam commolitus, etiam confessionem meam prodidit.*

Peto itaque absolutionem a censuris, & ut Episcopus e Regno meo exeat. Papa respondit: *Non debebas leviter credere crimen tam difficile probatu, quale est sacræ confessionis arcanum detegere: atque si Episcopus te offendisset etiam, neutiquam tibi licebat vindictam ab eo sumere: sed oportebat iustitiam poscere ab illo, qui ejus Dominus est ac Judex. Necdum ergo pœnitentiæ spiritum in te videntes, absolutionem, quam postulas, impertiri nondum possumus:*

sed

Sæcul. XIII.
A. C. 1246.

III. ep. cur. 2
ap. Rayn.

n. 44.

Sæcul. XIII. *sed mittimus ad te Fratrem Desiderium,*
A. C. 1246. *qui nobis a confessionibus est, ut tui sceleris*
atrocitatem tibi ob oculos ponat, & salutare consilium suggerat. Dabat 26 Junii.

Cum Rex Andream Albalatum Episcopum Valentinum cum litteris plenam submissionem declarantibus Lugdunum misisset, Papa ad eum legavit Episcopum Camerinensem, qui una cum Fratre Desiderio negotium conficeret. Hunc in finem Ilerdæ concilium habebatur, cui aderant Archiepiscopus Tarraconensis, ac Episcopi Cæsaraugustanus, Orgienis, Oscensis, ac Helenensis cum quibusdam Abbatibus ac Proceribus. Ibi Rex in magna populi frequentia confessus crimen suum, sinceram ejus poenitentiam secundum formulam a Legatis præscriptam significavit, asseruitque, se Nummis placandi causa velle coenobium Bonifacianum in Dertosano monte a se constructum perficere, ac monachis Cisterciensibus cum ducentarum argenti selibrarum proventibus annuis tribuere; etiam hospitem domum, quam prope Valentiam erigere coepisset, absolvere, sexcentarumque selibrarum redditibus instruere; demum in Gerundensi Ecclesia Cathedrali facellum condere, atque fructibus annuis donare. His conditionibus Papa per litteras 22 Septembris scriptas Regem absolvendi copiam Legatis fecit;

fecit; quod llerdæ 19 Octobris solenni-
ter executioni datum.

Sæcul. XIII.
A.C. 1246.

§. XLIII.

Gienna Mauris erepta.

Ab anno priore Ferdinandus Castellæ
Rex Maurorum victor Giennam An-
dalusiæ urbem media etiam hyeme ob-
sidebat, pluvias & frigus ferens. Rex
Granatensis, cum Giennæ succurrere ne-
quiret, profectus ad Ferdinandum, se
submit, & in obedientiæ signum ejus
manum osculatus, obsessam urbem tan-
quam fidei suæ pignus eidem tradidit me-
dio Aprili an. 1246. Ferdinandus omni
cum Clero illam instructo ordine ingres-
sus, delubrum majus adiit, curavitque in
Ecclesiam sub patrocinio SS. Virginis
consecrari per Guterium Episcopum Cor-
dubensem, qui ex consensu Papæ copiis
quibusdam hoc in bello præfuerat. Ec-
clesia hæc Cathedralis Giennæ fuit;
nam Rex novum ibi erexit Episcopatum,
cui urbes, arcesque ac terras sufficien-
tes subdidit. Primus Episcopus Petrus
nomine introductus est an. 1249, post-
quam novam sedem Papa Innocentius IV.
approbaverat.

Chron. ap.
Boll. 30.
Maj. to. 18.
p. 338.

Ec. III. ep. 419.
ap. Rayn.
1246. n. 48.

§. XLIV.

Sæcul. XIII.
A.C. 1246.

§. XLIV.

*Sanctius Lusitaniæ Rex a Papa
sacris interdictus.*

Mariana 13.

c. 4.

Inn. lib. 3.

epist. cur. 29.

ap. Rayn.

1245. n. 68.

De suppl.

negl. c. 2. in 6.

Alphonsus Regis Ferdinandi filius, qui ad bellicos patris progressus multum contulerat, apud Papam de Alphonsio Bononiæ Comite, Regis Lusitaniæ fratre conquestus est. Hic Rex erat Sanctius secundus, cognomento Capellus, homo imbecillis, & qui uxori suæ Meniciæ Lopesii de Haro Cantabrorum Domini filiæ per omnia parebat. Eadem instigante quorundam hominum ignobilium consilia sequebatur, quibuscum illa de muneribus & dignitatibus, de poenis ac favoribus decernebat, sæpe incio Rege. Indignabantur Proceres, ac Præsules quidam ad Papam Gregorium IX. querimonias deferebant: qui post pluramonia, & longam expectationem Regnum interdicto, Regem anathemate perculit. His censuris diu observatis Rex asseruit, se statuisse fraudes illas tollere, damna compensare, & ex Papæ præscripto agere, elegitque viros, qui id executioni darent. Sed hæc plane defuit, atque Rex Sanctius nihilo melius quam antea se gerebat.

Igitur Lusitaniæ Præsules Proceresque apud Papam Innocentium quartum denuo

denuo querebantur hunc in modum: Sæcul. XIII.
Rex Ecclesias & monasteria exactionibus A. C. 1246.

intolerandis opprimit: ejus negligentia in vindicandis sceleribus est tanta, ut bona tam Ecclesiastica quam profana impune diripiantur, incendiaque, ac Clericorum, quos sæculares vocamus, Abbatum, & monachorum cædes libere fiant. Nobiles, & horum exemplo alii matrimonia in gradibus prohibitis contrahunt: proscriptionem spernunt, nec omittunt rei divinæ assistere, ac suscipere sacra mysteria: de præcipuis Christianæ Religionis dogmatibus audaciter disputant, veterisque ac novæ legis loca exponenda sibi arroganter sumunt non absque hæresis suspitione. Ecclesiarum ac cænobiorum Patroni, aliique, qui se Patronos falso perhibent, illorum bona suis filiis spuris tribuunt, & in locis religiosis, cænobiis, ac tricliniis homines indignos, quin immo equos collocant. Rapiuntur impune sæminæ etiam Deo sacræ: agricolæ ac mercatores crudeliter cruciantur, ut eis extorqueantur pecuniæ. Rex arces terrasque suæ ditionis pessumire, ac Saracenos e confiniis in agros Christianorum involare patitur. De his querelis Papa Innocentius litteras monitorias ad Regem Lusitanix dedit 20 Martii 1245 indicans, se Episcopis Portuensi in Gallæcia, & Conimbricensi, atque Priori Fratrum Prædicatorum Conimbricensium injunxisse, ut in concilio Lugduni

II. ep. 439.
 ap. Rayn.
 1245. n. 16.

Hist. Ecclesiast. Tom. XX. LI pro-

Sæcul. XIII.
A. C. 1246.

proxime celebrando se certio rem redderent, qualem agendi rationem Rex teneret.

II. ep. 244.
R. n. 10.

III. ep. cur.
29. R. n. 68.

n. 71.

Has querimonias præcipue promovebat Alphonsus Lusitaniæ Regis frater, per conjugem suam Mathildem Bononiæ maritimæ Comes, & jure fraterno coronæ hæres proximus: nam Sanctio non erant liberi. Haud omisit ille urgere Papam, ut Regis cum Mencia conjugium ob cognationem rescinderet: & Papa Archiepiscopo Compostellano, ac Episcopo Assuricensi mandavit, ut in rem inquirerent: sed hæc actio effectu caruit. Tum Alphonsus ipse Lugdunum profectus Papam permovit, ut finito concilio ad Lusitaniæ Proceres omnesque populos litteras mitteret: in quibus, postquam querelas de Rege Sanctio ad Apostolicam Sedem delatas exposuit, dicit, se hoc Regnum Ecclesiæ Romanæ tributarium per solertem viri sapientis administrationem sublevari cupere, ac Lusitanis omnibus imperare, ut Bononiæ Comitem cunctas in urbes, arcesque & alia Regni loca, quoquo venerit, recipiant, ejus imperiis per omnia morem gerant, contraobstantes eidem subveniant, & omnes Regni proventus tradant, alioquin cogendi per censuras Ecclesiasticas pro potestate, quam Archiepiscopo Braccarenensi ac Episcopo Conimbricensi faciat.

Qua

Qua in re, adjungit Papa, non Regi aut legitimo ejus filio, si quem suscipiat, Regnum adimere, sed nostra providentia & illum, & Regnum ipso vivente conservare volumus. Dabat 24. Julii anno 1245.

Sæcul. XIII.
A. C. 1246.

Hinc ortum, quod expectari debuerat, bellum civile. Quantumvis contemptus fuerit Rex Sanctius, non deerat tamen quorundam Procerum in eum fides: & Alphonfus civitates plures non nisi per vim in potestatem redigere potuit. Denique Lusitania potitus; Sanctius Toletum ad Ferdinandum Castellæ Regem confugere coactus est.

Sed inter loca, quæ Alphonfus Bononiæ Comes subegit, erant aliqua, quæ Rex Sanctius Alphonso Regis Ferdinandi filio donaverat. Hic proin sibi factam injuriam Papæ conquerebatur; qui ei reposuit: *Administrandum quidem Bononiæ III. ep. 593. Comiti Regnum commisimus, ut indignissimis rebus ibi perpetrari solitis finem imponi curet: nihil tamen juri vel dignitati Regis, si per se imperando par fiat, derogare cogitavimus. Quapropter Comiti scribimus, ut mox injuriam, si qua te affecit, compenset, atque si positos sibi a nobis limites in iis, quæ ad Regem attinent, transgressus sit, errata corrigat.* Dabat 25 Jun. 1246. Nihilominus Rex Sanctius exutus Regno ac exul diem obiit: & Al-

III. ep. 593.
ap. Rayn.
an. 1246.
n. 42.

Sæcul. XIII. phonsus Lusitaniam triginta tribus annis
A.C. 1246. tenuit.

§. XLV.

Anglorum de Papa querimonia.

Matth. Par. p. 609. 611. Angliæ Rex Henricus Londini Domini-
ca mediæ jejunii verni, quæ hoc an-
no 1246. decima octava Martii erat, ma-
gnum habens Senatum, Præsules, Pro-
ceresque edocebat, suos ad Lugdunensē
concilium legatos plures Papæ litteras
retulisse, curiæ Romanæ moliminum mo-
derationem, multaque bella promissa
continentes, contra quæ ille Ecclesiæ
Anglicæ oppressionem continuaret, au-
geretque: quæ de re querelas eis suas ex-
posuit digestas in septem puncta sequen-
tia: Papa S. Petri denario haud conten-
tus, ab omni Clero Anglico ingentem pe-
cuniæ summam exigit, ac generalia tri-
buta describi colligique jubet sine con-
sensu Regio. Non permittit, ut Patroni
Ecclesiis viduis Sacerdotes designent,
sed eas Romanis tribuit, qui linguam
Anglicam non intelligunt, & pecunias &
Regno asportant. In beneficiis, quæ I-
tali possident, negligitur animarum cura,
Dei cultus, Verbi divini ministerium, ho-
spitalitas, benefica pauperum commise-
ratio, ornatus & reparatio ædificiorum
corruentium: Italus Itali beneficium per-
suecessionem occupat: & Angli ad agen-
das

29.

Art. 1. 6.

2.7.

4.

das causas e Regno evocantur. Papa Sæcul.XIII.
pensiones postulat, exceditque numerum A.C.1246.

provisionum, ad quas se restrinxit. Fre-
quenter nimis utitur hac clausula: *Non* 3.
obstantibus, quæ juramenta, consuetudi- 5.
nes, pactiones, statuta, privilegia, & cun-
cta jurium genera delet.

De his rebus Senatui Anglico ita pla-
cuit, ut ob venerationem sanctæ Sedis
rursum legatio ad Papam mitteretur cum
quinque epistolis; quarum primam da-
rent Episcopi Suffraganei Cantuariensis
provinciæ; secundam Abbates & mo-
nachi provinciarum Cantuariensis ac E-
boracensis, nimirum totius Angliæ; ter-
tiam Optimates, Nobiles, & universus
Clerus populusque; duas reliquas Rex
Henricus, alteram ad Papam, ad Car-
dinales alteram: postrema scripta est 28
Martii. Omnes inchoabantur per ma-
gnas reverentiæ testificationes: dein ex-
ponebatur Anglorum indignatio contra
res indignas, quæ querelas in Senatu mo-
verant, ac necessitas illis promptum af-
ferendi remedium: alioquin orituram
esse gravem offensionem, discordiam Re-
gnum inter ac Sacerdotium, seditionem
contra Regem ad protegendos subditos
adstrictum, immo etiam contra Romanam
Ecclesiam. Hæ epistolæ missæ sunt per *Matth. Par.*
Doctorem Guilielmum Puicum Juriscon- p. 617.
sultum, ac per Henricum Delamarium

L1 3

Equi-

Sæcul. XIII. Equitem, qui secundo Paschatis die 9^a Aprilis ex Anglia abiere.

III. ep. 417.
ap. Rayn.
an. 1246.
n. 39.

Interim Procuratores, quos Rex Henricus in Romana curia jam habebat, obtinere modum providendi beneficiis in gratiam Italorum; ut nempe, si qua illorum Papa vel Cardinales nepotibus suis cuperent, consensum Regium magnopere postularent. Papa huic Principi etiam diploma misit, per quod Præsules Proceresque, quibus is terras, arces, immunitates, aliave jura tribuisset, eidem hæc reddere jussit, etiamsi donationes istæ jurjurando fuissent firmatæ, eo quod id contrarium esset illi, quo Rex, cum inungeretur, ad jura coronæ suæ integre conservanda se astrinxisset. Dabat 26 Martii 1246.

Matth. Par.
p. 618.

Insuper autem Papa edoctus, ab aliquo tempore in Anglia quosdam Clericos ditissimos mortem oppetiisse, quin bona sua cuiquam addixissent, per hoc Regnum edici jussit, bona Clericorum sine testamento vita functorum deinceps sua fore; Fratribusque Prædicatoribus ac Minoribus injunxit, ut hoc decretum exequerentur. Quo comperto Rex Angliæ curiæ Romanæ avaritiam detestatus, decreti executionem impeditit tanquam sibi Regnoque suo noxiam. Vetuit quoque, ne pensio Clero Anglico imposita in Papæ lucrum colligeretur, usque

que ad reditum Legatorum, quos ad Romanam curiam mitteret. Hoc Regem inter & Papam dissidium sollicitos habebat Anglos; & multi Regis levitatem veriti, Papæ se adjugebant, quamquam has collectas Ecclesiæ profuisse nunquam viderant. Ita loquitur Matthæus Paris.

Sæcul. XIII.
A. C. 1246.

p. 619.

Papa dein Fratrum Minorum per Angliam Ministro Provinciali mandatum misit, ut ex suo & Prædicatorum Ordine Fratres eligeret, qui inquirerent in fœneratores, eosque male acquisitam pecuniam restituere cogerent in subsidium Imperii Constantinopolitani infumendam. Pollebant facultate absolvendi a peccatis illos, qui eum in finem sacræ militiæ nomen darent, vel pecunias contribuerent. Habebant etiam potestatem colligendi ea, quæ ad reddenda bona male parta testamentis destinata, vel per triennium derelicta fuissent; item, quæ testamentorum executoribus pro arbitrio suo in pia opera essent distribuenda sine certa testatoris designatione; vel quæ debere restitui certum foret, incertum, cui? Illi Religiosi omnes hujus modi pecunias exigere jussi erant, in Constantinopolis auxilium impendendas.

p. 619.

Sæcul. XIII.
A.C. 1246.

§. XLVI.

Querimonice de Religiosis Mendicantibus.

p. 607.

Religiosi Mendicantes se antiquis monachis & sacerdotibus religiosa lege solutis odiosos reddebant, dum nimis extendebant privilegia Summorum Pontificum Episcopis præcipientium, ut illos ad Verbi divini ministerium & ad poenitentiae Sacramenti administrationem admitterent. Memorati Fratres exigebant, ut hæc privilegia palam in Ecclesiis legerentur, & obvios sibi, etiam Religiosos interrogabant: *Sacram confessionem fecisti? Ita, respondebant illi. Cui? Parocho meo. Est vir indoctus; non Theologia, non Juri Canonico unquam studuit. Vini ad nos, qui lepram a lepra distinguere scimus, & magnam potestatem, grandia*

p. 608.

*privilegia, quæ vides, accepimus! Hinc multi homines profani, præsertim nobiles eorumque uxores spretis Parochis ac Præpositis suis apud Fratres Prædicatores noxarum conscientiam deonerabant: & Superiores hunc sui contemptum ægerime ferebant. Parochiani peccabant audacius, Parochis reddendæ rationis metu nullo coerciti, alique aliis dicebant: *Libere indulgeamus genio, crimina nostra haud ægre detecturi cuidam horum Fratrum**

Fratrum Prædicatorum Minorumve, qui a Sæcul. XIII.
pud nos transibunt, & quos nec vidimus A.C. 1246.
unquam nec postea videbimus. In templum
 S. Albani, ubi Archidiaconus ex more
 suam synodum habebat, aliqui Fratres
 Prædicatores venerant, quorum unus
 imperiosa voce silentium petebat, ut sua
 concio audiretur. Sed Archidiaconus
 eum repressit, hunc agendi modum appel-
 lans novitatem, dicensque, se insistere
 veteri consuetudini, per quam suo quis-
 que Sacerdoti Christiano ritu aperire se
 debeat: quod ut probaret, concilii Late-
 ranensis sub Innocentio tertio an. 1215
 celebrati canonem recitavit.

§. XLVII.

Collegium Cisterciensium.

Præterea Religiosi Mendicantes despi-
 catui habebant monachos tanquam ru-
 des: quod etiam Doctores profani, præ-
 cipue Leguleji, & Juris Canonici Profes-
 sores faciebant. Ab hac vituperatione
 tutum se redditurus Stephanus Lexinto-
 nius Abbas Clarævallensis, Parisiis do-
 mum condere statuit, ubi monachi Ci-
 sterciensis scientiis operam navarent.
 Erat Anglus e nobili & jam tum perin-
 signi profapia, habebatque tres fratres
 præclaris fungentes muneribus, inter al-
 ios Henricum, postea Episcopum Lincol-

Matth. Par.
an. 1249.
p. 665.
Duboulaï
to. 3. p. 184.
Dubois to. 2.
p. 436.

Sæcul. XIII. niensem. Stephanus Lexintonius Pa-
A.C. 1246. risis litteras discens S. Edmundo post-

Neustria pia
 p. 686.

Dubrevil.
 p. 625.

hæc Archiepiscopo Cantuariensi operam
 dedit, quo authore Ordinem Cisterciensium ingressus est. Postquam in Anglia
 Abbatiam obtinuit, ad Sabiniacensem in
 Normannia sitam an. 1229, deinde ad
 Clarævallensem vocatus est an. 1242.
 Biennio post a Papa Innocentio quarto
 impetravit, ut sibi Parisiis pro juvenibus
 sui Ordinis monachis erigere Collegium
 liceret: tum a Canonicis Nostræ Domi-
 næ quinque jugera & dimidiam vinearum
 partem prope S. Victoris acquisivit,
 ac postea ad Abbatis & Religiosorum ar-
 bitrium cum fundis ab Abbazia paulo
 longius sitis in loco, qui Carduetum di-
 citur, commutavit. Hæc permutatio
 facta est anno 1246. Et talem originem
 habuit Cisterciense Collegium Universita-
 tis Parisiensis antiquissimum.

Ibid. p. 665. Non id cæteri probabant monachi:
 vide, quid Matthæus Paris priscus Be-
 nedictinus de illo dicat! *Ambitiosa hæc*
ætas parvi pendit Religiosos inclusos, & for-
tunis evertere conatur: atque ita Ordinis
monastici disciplina est quodammodo remis-
sior ob hujus sæculi malitiam. Nec enim
videmus, hanc institutionem (de collegiis
loquitur) originem suam e regula S. Be-
nedicti trahere, quem S. Gregorius spiritum
Dei habuisse testatur. Contra legimus, ill-
 lurs

lum reliquisse litterarum studia, ut in ere-
 mum se abderet. Sic Matthæus Paris. Et
 verum est, monachos primitivam institu-
 ti sui rationem sequentes vitam duxisse
 in solitudine ac silentio, precibus & labo-
 re manuum occupatos. Hoc autem
 sæculo contemptu laborabant, quod ma-
 jor eorum pars in otium ac mollitiam
 prolapsa esset.

Sæcul. XIII.
 A.C. 1246.
 Sup. Lib.
 XXXII.
 §. 13.

§. XLVIII.

Ecclesia Danica.

Papa Innocentius hoc anno Fratri Si-
 moni Arvernensi Ordinis Minorum
 in mandatis dedit, ut in duos Daniæ E-
 piscopos inquireret. Prior erat Roschil-
 diensis, de quo Rex Ericus apud Papam
 conquestus fuerat, quod, cum eum con-
 stituisset suum Cancellarium, atque in eo
 fiduciam posuisset suam, ingratiſſimum
 expertus esset; & quod hic Præful expi-
 lato Regno, ac conspiratione in ipsius vi-
 tam inita remotam in regionem abiisset.
 Papa igitur Fratrem Simonem hæc fa-
 cta accurate perquirere jubet. *Eorum*
notitiam, inquit, nobis per litteras tuo sigil-
lo munitas dabis, ut possimus agere, quod
coram Deo æquum censebimus. Dabat 21
 Julii 1246.

Vading.
 1246. n. 7.
 Rayn. n. 36.

Alterum mandatum nono Novem-
 bris edidit, in quo sic loquitur: *Ut com-*
perimus, Ottoniensis Ecclesie viduæ Præpo-
situs

Vading. n. 8.

Sæcul. XIII. *situs introducta profanorum hominum multi-*
A. C. 1246. *tudine tantum monachis metum incussit, ut*
in Episcopum eligeretur. Etiam Archiepis-
copum Lundanum Metropolitanum suum
per minas adegit, ut electionem haberet ro-
tam, & ipsum consecraret, quamvis concu-
binum manifestum, & contra Canones per
potentiam profanam electum sciret. Hic
Episcopus retinet concubinam suam, & quia
plurium aliorum quoque criminum reus est,
non audet reprehendere diœcesanos suos:
e contrario hi nec concionibus nec sacris eju-
interesse volunt. Præcipimus ergo, ut ad-
reas illa loca, solícite, an malum tam grave
sit, quam dicitur, indages, & per episto-
las tuas nos edoceas. Hæc in Episcopos
potestas simplici Fratri Minori facta at-
tentam meretur considerationem.

§. XLIX.

Episcopus Marocensis.

Sup. Lib.
LXXX.
§. 63.
Vading.
an. 1246.
n. 9. 10. &c.

Vacabat Ecclesia Marocensis per obi-
 tum Fratris Agnelli ejusdem Ordinis,
 quem Papa Gregorius IX. illius Episco-
 pum an. 1237 consecraverat. Papa In-
 nocentius in ejus locum suffecit alium
 Fratrem Minorem Lopesium Ferdinan-
 dum Dainum, quem Dioecesanis com-
 mendavit per litteras Lugduni datas ul-
 timo Octobris 1246. Scripsit simul in e-
 jus gratiam Regi Marocensi, quem lau-
 dat

dat tanquam defenforem Christianorum Sæcul. XIII. A.C. 1246.
 fuæ ditionis, & ad veram religionem tra-
 ductum cupit. Misit etiam litteras Re-
 gibus Tunetano, Septano, & Bugiensi,
 omnibus Christianis Hispaniæ maritimæ,
 ejusdem Episcopis, Bajonensique ac Mas-
 siliensi, Archiepiscopis Narbonensi & Ge-
 nuensi, Regi Arragoniæ, Magistro Ordini
 S. Jacobi; cunctis denique Christianis
 in Africa agentibus.

Verum post aliquot annos Episcopus
 Marocensis Lugdunum delatus ad Pa-
 pam, *Oraſti Regem*, inquebat, *ut Christianos*
sibi ſubditos, præſertim illos, qui ſub i-
pfius ſignis militarent, munitis in locis ab
inimicorum ferocia tutos redderet: ſed non
te audiit. Tum Papa Regi Marocensi Rayn. 1251. n. 29.
 ſcripſit, eaſdem iterans preces, ac mini-
 tans, ſe, niſi ſatis ille faceret, revocaturum
 ab ejus ſervitio Christianos in ejusdem
 terris verſantes, ac, ne alii eo veniant,
 inhibiturum. Dabat epistolam 16
 Martii 1252. Quod vero jus habebat
 Papa idjubendi Christianos, quorum non
 erat Dominus temporalis?

§. L.

Novæ penſiones Angliſ impoſitæ.

Papa Innocentius IV. edoſtus, Angliæ Matth. Par. p. 624.
 Regem exactionibus ſuis obſiſtere,
 ſtimulante ira graviffima Regnum inter-
 dicto

Sæcul. XIII. dicto afficere statuit. Sed Cardinalis
 A C. 1246. Joannes Toletanus natione Anglus, qui
 monachus Cisterciensis fuerat, *Domine!*
 6. 25. *ajebat, per amorem Dei moderare tibi,
 ac tempus esse turbulentum considera! Ter-
 ra sancta magno in periculo, Ecclesia Græ-
 ca a nobis separata est. Fridericus inter
 Principes Christianos potentissimus se nobis
 opponit. Nos ex Italia pulsi tanquam in
 exilio sumus. Hungariæ ac vicinis regio-
 nibus pernicies ultima a Tartaris immi-
 net: Germania bellis civilibus agitur: in
 Hispania Episcopi male habentur usque ad
 exsecutionem linguæ: Gallia a nobis ad inci-
 tas redacta in nos conspiravit: Anglia no-
 stris vexationibus fatigata & exhausta lo-
 qui incipit & conqueri, ut asina Balacis
 verberibus obruta: sic totum contra nos
 orbem concitamus. Papa his monitis haud
 cedens, punire Angliam volebat, cum Le-
 gati ex ea profecti advenere, qui ab ami-
 cis suis mitigatum esse Regem, brevique
 Papam voti damnatum iri afferebant.
 Quo nuncio gavissus iste serenam rursus
 faciem exhibuit.*

Resumpto igitur animo, Angliæ Præ-
 sulibus edixit, ut omnes beneficiarii suis
 in beneficiis residentes tertiam, non re-
 sidentes dimidiam proventus sui partem
 ipsi penderent: atque hujus mandati
 executionem Episcopo Londinensi com-
 misit. Hic alios quosdam Præsules com-
 voca-

vocavit, quibuscum Papæ imperium Lon- Sæcul. XIII.
dini in templo S. Pauli postridie festum A.C. 1246.
S. Andreæ scilicet 1 Decembris an. 1246

proponeret. Verum conventus totus huic pensioni obstitit ob rationes sequentes. In Ecclesiis Cathedralibus moris est, ut Canonici residentes, qui in aliquibus pauci sunt, Clericos minores aliosque Ecclesiæ ministros e proventibus suorum variis in locis beneficiorum sustentent. Jam si dimidia pars illis detrahat, Ecclesiæ ministerium deerit, cum Canonici nihil eo conferre amplius, nec in Cathedralibus ipsi residere tam modico cum proventu possint: vix enim quarta eis pars restaret, de summa deductis sumptibus collectionis, cæterisque impensis. Religiosæ domus Angliæ vivunt ex parœciarum proventu, qui vel his ægre sufficit, si ad dimidium redigatur, dimidia pars Religiosorum cogetur mendicatum ire huc illuc errans, ac disciplinæ damno variis peccandi periculis exposita. Cessabunt necessario hospitalitas ac eleemosyna cœnobiorum Parochorumque: cessabit simul amicitia & favor populi, qui eisdem fruebatur. Clerus præ inopia tuendis juribus suis impar oppressioni obnoxius erit.

Clerici præter pauperes, quorum infinitus est numerus, etiam parentes & famulos suos alunt, quos dimittere cogentur,

p. 626.

Sæcul. XIII.**A. G. 1247.**

tyr, & qui laborando non affueti, damno publicæ quietis raptò vivere quærent. Dimidia pars proventus ex beneficiis non computari debet nisi deductis oneribus, nimirum pensionibus, Præfulum hospitii, templorum reparationibus & ornamentis, culturæ sumptibus. Nuper admodum Papæ solutæ sunt sexies mille argenti selibræ pro parte vigesima: inita proportione pars dimidia sexagies mille selibras, & cum deductionibus necessariis octogies mille conficiet, quam summam pendere Regnum totum vix posset: & omnis hæc pecunia asportaretur e Regno, in quo maneret a Clero expensæ. Has ob rationes Ecclesia Anglica se opposebat huic novæ exactioni, ad Christum ipsum & ad concilium aliquando celebrandum appellans. Sed haud opus erat huic provocationi insistere: nam quidam Eques ac Doctor aliquis, a Rege ad conventum Londinensem missi, ejus nomine severe prohibebant, ne hæc in pensionem consensus fieret.

Matth. Par.
p. 695.**Additam**
p. 1083.

Eodem anno Papa Innocentius Edmundum Cantuariensem in Sanctorum numerum ritu solenni retulit tertia Adventus Dominica 16 Decembris: diploma vero datum est 11. Januarii sequentis anni 1247. Inscriptum est Episcopis cæterisque Præfulibus, & illius virtutum ac miraculorum compendium continet.

Domi-

Dominica secunda post Pentecosten men-
 se Junio S. Edmundi corpus in templum
 monasterii Pontiniacensis translatum est
 præfente Rege S. Ludovico, Regina ejus
 matre, ac innumerabili Nobilium multi-
 tudine. Rex Anglis quam cæteris na-
 tionibus majorem illius sepulchrum vi-
 fendi libertatem dedit.

Sæcul. XIII.
 A. C. 1247.

Hist. p. 638.
 Addit.
 p. 1087.
 Nang. Gesta
 p. 346.

§. LI.

Virtutes S. Richardi Cicestriensis.

Interea hujus Sancti discipulus, Richar-
 dus Episcopus Cicestriensis non illo
 melius ab Anglorum Rege habebatur.
 Lugduni a Papa consecratus, cum rediis-
 set, cunctos Episcopatus sui redditus a Re-
 gis ministris absumptos, edictumque Re-
 gium, ne sibi quidquam præberetur,
 promulgatum audiit. Monstrabat Regi
 litteras Pontificias, ut in possessionem
 mitteretur, jubentes; sed hujus Princi-
 pis indignationem ei accersebant. Ita-
 que in Dioecesin se suam recepit, pauper-
 que ac rebus omnibus spoliatus piorum
 hominum tecto victuque utebatur, inspi-
 cere subjectorum mores, & sacramenta,
 prout opus erat, administrare haud omit-
 tens. Ne cedere jure suo videretur, a-
 dibat interdum Aulam, ac Ecclesiæ suæ
 restitutionem humiliter flagitabat, cum
 contemptu semper & convitio remissus.

Vita ap.
 Boll. to. 9.
 p. 280.

Histor. Eccles. Tom. XX. M m Quo-

Sæcul. XIII. Quodam die Ecclesiæ suæ Decano & Ca-
 A C. 1247. nonicis eam rem dolentibus dicebat hi-
 lari vultu: *An nescitis illud, quod scri-*
 Act. 5. v. 41. *ptum est, Apostolos gavisos esse contumelia*
pro Christi nomine tolerata.

Attamen, quomodo a Rege habere-
 tur, Papam certiore fecit, qui duos An-
 gliæ Episcopos admonere Regem, ut in-
 tra certum tempus Ecclesiæ Cicestrien-
 sis terras & bona Richardo redderet, sin-
 minus, censuras in mandato expressas to-
 tam per Angliam denunciare disertissime
 jussit. Post biennium denique obtem-
 perans Rex Episcopo terras ipsius inuti-
 les redditas & plane nudas restituit. Lar-
 gissimam is tamen spargebat stipem: &
 fratri, in quem bona paterna deonerave-
 rat, suos proventus ad illam sufficere
 neganti reposuit: *Num par est, nos ex mi-*
ro & argento comedere, dum Christus in
pauperibus suis famem patitur? sum contem-
tus vasis fictilibus ut parens meus: ven-
dantur omnia una cum equo meo, si o-
pus est. Per Episcopatus sui tempus au-
 gebat fervorem precum, victum, cultum-
 que asperum, omniaque bona opera sua.

p. 582.

Nulla propinquis suis beneficia con-
 ferebat, dicens, Dominum nostrum S. Pe-
 tro præ S. Joanne cognato suo Ecclesiæ
 regimen commisisse. Insuperabili con-
 stantia Archiepiscopo Cantuariensi Regi-
 que ipsi obstitit, pro Parocho mali exem-
 pli,

pli, qui foeminam religiosam rapuerat, de-
 precantibus. De rebus divinis assidue
 verba faciebat ad populum, etiam extra
 Diocesin suam: poenitentibus aures, so-
 latoria, animos, postulantibus consilia da-
 bat: cuncta denique charitatis opera tam
 corporalia quam spiritualia exercebat.

Tribus mensibus post S. Edmundi ad
 ordinem Sanctorum adscriptionem Papa
 Innocentius immortalitati consecravit
 Guilielmum Pinchonium Episcopum
 Briocensem, ut apparet ex diplomate
 Lugduni dato 15. Apr. 1247. & Archi-
 episcopo Turonensi ejusque Suffraganeis
 inscripto: in quo Papa sigillatim sex mi-
 racula illius precibus impetrata, plura-
 que alia generatim refert, per testes ido-
 neos confirmata. Tum dicit, se die Pa-
 schatis (erat is hoc anno ultimus Mar-
 tii) illi coelestes honores publicosque de-
 crevisse de consilio Cardinalium, Patriar-
 chae Constantinopolitani, caeterorumque
 Praesulum ad sanctam Sedem commo-
 rantium. Demum ad memoriam ejus-
 dem ipsa obitus die 29 Julii celebrandam
 hortatur.

§. LII.

Mors Henrici Comitis Provincialis.

In Germania Henricus Thuringiae Co-
 mes Provincialis, postquam in Roma-
 norum

M m 2

norum

Sæcul. XIII. A. C. 1247. *Alb. Stad. an. 1246. Mon. Pad. eod. Matth. Par. p. 616. Hist. Lantg. c. 52. Matth. Par. p. 633.* norum Regem electus fuerat, comitia indixit Francofurti festo S. Jacobi die 25 Julii an. 1246. habenda. His se oppositurus Conradus Imperatoris Friderici filius comparuit cum copiis, sed ad fugam compulsus est, ac multi ejus partium Nobiles capti sunt. Dicebatur ab aliis Papæ pecunia subornatis in pugna desertus fuisse. Hæc die S. Dominico sacra 4 Augusti accidit. Papa ad Henricum solennissimo ritu coronandum se præparante, cum Conradus ad locum huic actui destinatum numerosum adduxisset exercitum, magnum prælium committebatur, in quo Henricus prospero primum successu lætus, sed victus denique, ac fugere coactus, præ dolore animam efflavit verni jejunii tempore an. 1247. Quare graviter afflictus Papa in varias orbis Christiani partes quatuor Legatos misit, qui eum in Fridericum & Conradum concitarent, ac pro hujus belli sumptibus pecunias colligerent. Primum ex his Legatis in Germaniam, in Italiam alterum, tertium in Hispaniam, in Norvegiam quartum misit; in Angliam neminem sub Legati nomine (ne Regis permissum poscere cogeretur) sed Fratres Minores ac Prædicatores, qui præstabant idem. In Germaniam legavit Petrum Capochium nobilem Romanum, Cardinalem tit. S. Georgii ad Velum Aureum, &

p. 634.

V. ep. 32.

ap. Rayn.

1247. n. 2.3.

& illi mandatum dedit 15 Martii: dein ^{Sæcul. XIII.} mense Junio scripsit his verbis: *Ecclesie* ^{A.C. 1247.} utilissimum foret, si in Germanicæ locis, in ^{IV. ep. 113.} quæ populus convenire solet, quidam Religi- osi eos omnes, qui Ecclesie partes se- cuti, eidem fide sua jurejurando obstricta, ad Fridericum & Conradum redierunt, ana- themate, illorumque terras interdicto per- cellerent. Declarabitur etiam, eorum te- stimonium in judiciis non acceptum iri, nec ad templa profugos immunitate frui- turos esse. Prohibetur omnis cum eis- dem communicatio, & a muneribus suis ad tempus abstinere jubebuntur omnes Clerici, qui per malos sermones suos e- molumento Ecclesie obstiterint.

§. LIII.

Papa Judæos protegit.

Interim Papa recepit Germaniæ Judæo-
rum querelas, quod quidam Principes
tum sacri tum profani, aliique Nobiles,
ut ipsorum bona expilandi causam præ-
texerent, calumnias contra ipsos excogi-
tarent. Addebant: *Die Paschatis, pro* ^{ap. Rayn. 4.} *sacra communione infantis a nobis necati*
cor comedere, & cum cadaver hominis
invenitur, nos eum peremisse dicimur. Non
convicti, immo nec accusati coram Judice,
spoliamur bonis, & in carceres compacti
fame variisque tormentis conficimur: mul-

Sæcul. XIII. *ti etiam ad mortem condemnantur. Proinde*
A.C. 1247. *de loca, quæ nos & patres nostri a tempore,*
cujus nulla exstat memoria, incoluimus, relinquere cogimur, & in miserabili exilio vivere. Quo comperto Papa omnibus Germaniæ Episcopis scripsit, ut se propitios præberent Judæis, & injurias ipsi per Præfules, Nobilesque & alios potentes viros illatas compensari curarent, nec in posterum immerentes vexari paterentur. Dabat epistolam Lugduni 5 Jul. 1247 quam etiam ad Episcopos Franciæ misit. Hoc nos exemplum docet non leviter fidem habere tot historiis de infantibus per Judæos occisis, quas in scriptoribus illorum temporum legimus.

§. LIV.

Papæ vita non semel appetitur.

Matth. Par. p. 631. 632. **H**aud multo prius quidam Friderici Eques Radulphus nomine illi infensius Lugdunum venit, ubi cum Doctore Gualterio Docrio Imperatoris Consiliario eadem in caupona versabatur. Hic illi persuasit, ut ad servitium rediret suum, & quo certius Domini sui gratiam sibi rursus conciliaret, Papam de medio tolleret. In conjurationem induxerunt hospitem suum Renaudum, qui Papæ ac ministris ejus notus executionis media ipsis præberet. Tum Gualterius profectio-

tionem iniit: sed Renaudus morbo correptus, & morti proximus arcano Judicis scelestum detexit consilium. Vix exspiraverat, cum conscientiae arbiter rei notitiam Papæ dedit. Radulphus comprehensus negavit primum; deinde tormentis subjectus omnia confessus est. Sub idem tempus Lugduni eandem ob causam capti duo Equites Itali affirmarunt, quadraginta circiter socios fortissimos in Papæ cædem conjurasse, vel Friderico mortuo, nullo necis metu absterrendos, quin Papam in frustra conciderent, eo quod se rem Deo ac hominibus gratam sic facturos existimarent. Ab eo tempore Papa in conclavi se suo abditum continuit, quinquaginta circiter armatis viris diu noctuque excubantibus, e palatio suo ne ad templum quidem sacris operandi causa se conferre ausus.

Sæcul. XIII.
A.C. 1247.

§. LV.

Gallicæ Procerum fœdus contra Clerum.

Sub finem anni præteriti Franciæ Proceres, ut Cleri conatus infringerent, tabulas publicas latino sermone confici curarunt, in quibus dicebant: *Superstiosus Clerus non considerat, Regnum Gallicum Caroli Magni, cæterorumque Principum armis ad fidem adjunctum fuisse.*

Preu. libert. ch. VII. n. 8. Matth. Par. p. 628.

Mm 4

Hic

Sæcul. XIII. Hic patet ignorantia illius, qui has litteras composuit, dum Christianæ fidei in Galliam introductionem Carolo Magno tribuit, & huc adhibet bella, quæ is Rex contra Saxones cæterosque Germaniæ ethnicos gessit. Scriptum continuatur: *Clerus nos primum decepit per demissionem subdolan. & arces a nobis conditas obtinens, profanorum Principum jurisdictionem absorbet, ita, ut mancipiorum filii secundum leges suas homines liberos judicent, cum nos potius illos secundum leges ab antiquis victoribus editas judicare deberemus, nec consuetudinibus Majorum nostrorum per constitutiones novas quidquam derogandum esset. Nam pejorem reddunt nostram quam ipsorum ethnicorum conditionem, de quibus Deus dixit: Reddite, quæ sunt Cæsaris, Cæsari! Clerici hic vocantur servorum filii, quia multi erant plebeji ac servilis status. In scripto pergitur: Cum proin Regnum non per jus scriptum, nec per arrogantiam Clericorum, sed per labores bellicos acquisitum fuerit; nos Optimates cuncti hoc decreto prohibemus, nequis Clericus vel laicus alium ad Judicem ordinarium aut delegatum (oportet intelligere Ecclesiasticum) præterquam ob hæresin, matrimonium, vel usuram vocet, alioquin omnia amissurus bona sua, & membro mutilandus. Executores constituere haud emittemus. Sic attolletur nostra jurisdictio*
sic

litte-
 dei in
 lagno
 Rex
 manie
 natur
 miffo
 maita
 dicitio
 ii se
 licent
 es ad
 emus
 orum
 ogan
 stram
 u, de
 Ca
 fer
 ii ac
 Cum
 per
 ores
 ater
 leri
 linu
 gere
 efin
 quin
 mbro
 aud
 stio
 sic

fic Clerici nostris ditati sumptibus in sta- Sæcul. XIII.
 tum primitivæ Ecclesiæ, & ad vitam contem- A.C. 1247.
 plationi deditam redigentur, nobis actionem,
 quæ nos decet, relinquent, ac miracula, quæ
 pridem cessarunt, nobis dabunt spectanda.

Hujus decreti executores nominati
 fuere per litteras patentes Gallica lingua
 scriptas in hunc modum: Nos omnes,
 quorum sigilla e præsentē scripto pendent,
 nostro & successorum nostrorum nomine ju-
 ratum promissum fecimus, nos & cunctos,
 quibus ad hanc societatem accedere libue-
 rit, mutuo adjuvandi, nostraque ac illorum
 jura contra Clerum defendendi. Et quia
 non nisi difficulter omnes convenire hanc
 ob causam possemus, Ducem Burgundicæ, Co-
 mitem Britannicæ Petrum, ac Engolismæ
 Pagique Poliacensis Comites communi con-
 sensu elegimus, ut, siquis ex hac societate
 actionem contra Clerum haberet, tale illi
 ferremus auxilium, quale hi quatuor op-
 portunum judicassent. Hunc in finem cen-
 tesimam proventus sui partem daturum se
 quilibet jurabit: hæc pecuniæ colligentur sub
 festum Purificationis Domine Nostræ, mit-
 tenturque, quo erit opus secundum litteras
 quatuor Procerum vel duorum ex illis. Si-
 quis erraret, nec cederet quatuor illorum
 sententiæ, societas eum non adjuvaret. Si-
 quis e societate quatuor Procerum judicio
 perperam proscriberetur, non omittet jus
 suum persequi, nisi aliter statuam. Si ex

Sæcul. XIII. A.C. 1247. *illis quatuor duo morerentur, aut e regione abirent, duo reliqui in eorum locum duos subrogabunt: si tres vel quatuor e Regno aut e vita decederent, decem vel duodecim societatis viri spectabiliores quatuor alios eligent. Societas approbabit, quod fecerint illi quatuor, aut eorum jussu privatus aliquis. Hoc fœdus durabit semper, & sancitum est an. 1246 mense Novembri. Multi Ecclesiastici hac Franciæ Procerum conjuratione territi, eos rem ex condictione Imperatore gerere putabant, ex eo præsertim capite, quod se Clerum in statum Ecclesiæ primitivæ redacturos esse minitarentur sermone Principis illius proprio.*

IV. epist. curr. 35. ap. Rayn. 1247. n. 49. *Galliæ Episcopi, cæterique Præsules id Papæ conquerebantur, qui reposuit. Ex omni parte afflictionibus circumdatus sumus. Cernimus crudelem Ecclesiæ inimici impietatem (de Friderico loquitur) sed acerbiore nos dolore afficit nova molitio Catholicorum, in quibus fiduciam posuimus maximam, & quorum exemplum ne reliquis nationibus perniciosum sit, metuumus.*

VI. capit. 366. al. 281. II. q. I. c. 35. 36. 37. *Opponit dein Franciæ Procerum decreto existimatam Theodosii legem in favorem jurisdictionis Episcoporum a Carolo M. confirmatam, & a Gratiano insertam Decreto suo: sed merito suspectam esse suo loco notavi.*

Sup. Lib. XLVI. §. 8. Galliæ Optimates ignorant forsitan, illos, qui

qui contra libertatem Ecclesiasticam san-
 ctiones faciant, ipso jure a communione
 priorum exclusos esse secundum constitutionem
 Honorii III. Igitur Episcopis, ut illos
 erudiant, illis summa constantia obsistant,
 & contra rebelles, quod æquum sit, sta-
 tuant, impense suadet, omne auxilii ge-
 nus promittens.

Sæcul.XIII.

A. C. 1247.

Sup. Lib.

LXXVII.

§. 49.

c. Noveritis.

49. de sent.

excom.

Papa simul Cardinalem Odonem de
 Castro Rodolphio Episcopum Tuscula-
 num & in Gallia Legatum suum per lit-
 teras jussit interesse concilio ab Episco-
 pis hac de re celebrando, modum agen-
 di cum Proceribus ita ei præscribens.
 Primum ab Ecclesia sejunctos denuncia-
 bis omnes illos, qui has sanctiones &
 consuetudines Ecclesiæ libertati contra-
 rias observari curabunt, & illos, qui eas
 scripserunt, & qui easdem in judiciis se-
 quentur. Has constitutiones & jurata
 eas observandi promissa esse nulla decla-
 rabis. Proscribes omnes illos, qui hanc
 conjurationem inierunt, aut inibunt, vel
 alios ad eam inducent; omnes illos, qui
 centesimi denarii pensionem exsolvent,
 vel accipient; illos, qui ex occasione hu-
 jus conspirationis jurisdictionem Eccle-
 siasticam turbabunt. Non obedientes
 omnibus privilegiis a sancta Sede con-
 cessis, ac prædiis fiduciariis, quæ ab Ec-
 lesia habent, privabuntur, illorumque
 filii a sacris Ordinibus & beneficiis exclu-
 dentur.

IV. ep. cur.

36. Rayn.

n. 53

Sæcul. XIII. A. C. 1247. dentur. Clerici, qui post monitionem tuam non statim suum illis servitium renuntiaverint, cunctis beneficiis exuentur ipsoque Clericatus privilegio. Papa has minas parum efficere videns, Galliæ Procerum cognatis beneficia multa tribuit, ut plura simul possiderent, gratiam legis fecit, indulgentias plurimas concessit, & Optimatibus ipsis donorum copiam misit. Quibus mediis magnum eorum numerum reduxit ad obsequium: neque res longius progressa tunc est.

Matth. Par.
p. 623.

§. LVI.

S. Ludovicus sacram expeditionem parat.

Id. p. 631. Sub medium verni jejunii tempus an. 1247 sanctus Rex Ludovicus magnum habuit Senatam, in quo suæ sacrum ad bellum profectio festum S. Joannis diem anno proximo futuram destinavit. Jurjurando ad illud & se adstrinxit, & ut cæteri cruce signati se adstringerent, fecit, eum, qui contra egerit, proscribendum, & hostem publicum reputandum asserens. Et quia expeditio contra Fredericum bello Palæstino obstabat, effecit, ut Papæ jussu Petrus Capochius Pontificius in Germania Legatus nec vota transmarini itineris commutari, nec sacros oratores a suadendo, hoc itinere impediri

Rayn.
1247. n. 56.

pediri pateretur. Insuper cum multi cruce signati præsidio, quod Ecclesia ipsi ferebat, abuterentur, Rex sanctus obtinuit, ut Papa per epistolam prohiberet, ne Episcopi, cæterique Franciæ Præsules cruce signatos tuerentur, qui rapinas, homicidia, raptus, aliaque ejusmodi scelera committerent. Dabat 6 Nov. 1246. & similem ad Cardinalem Odonem suum in Gallia Legatum.

Sæcul. XIII.

A. C. 1247.

Sup. Lib.

LXXX.

§. 50.

Duchesne

to. 5. p. 862.

IV. ep. 234.

Rayn.

1246. n. 54.

Matth. Par.

p. 640.

In autumno anni 1247 Ludovicus per totum Regnum suum Fratres Prædicatores Minoresque misit accurate inquirentes in damna, quæ mercatoribus, cæterisque hominibus privatis forsitan intulisset. Eandem indagacionem Prætoribus injunxit, ut, si suo nomine alimenta vel pecuniæ exactæ aut mutuæ sumptæ fuissent, veluti sæpe fieret, læsus id per scripturam, per taleam, per testes, per juramentum suum, aut per aliam rationem legitimam probaret, Regiumque ærarium plane satisfaceret: id quod executioni datum. Erat hic mos cruce signatis: & ob itineris pericula tanquam ad mortem se præparabant. Habemus exemplum Joannis Jonavillæ Domini summi Campaniæ Prætoris, qui S. Ludovicum hanc ad expeditionem secutus retulit, se ante abitum suum vocasse subditos, & nobilibus provinciæ viris presentibus ita locutum esse: *Domini! A*beo *trans*

Hist.

S. Louis

p. 22.

trans

Sæcul. XIII. *trans mare; an rediturus sim, nescio. Proinde sicui injuriam feci, si quis queri de me velit, accedat! compensabo, ut consuevi facere.* Addidit, se provinciæ hominum judicio rem subjecisse. E pluribus tabulis antiquis constat, sæpe Nobiles in paribus temporum rationibus reddidisse bona Ecclesiæ perperam occupata, vel vectigalia domosve pios in usus destinasse.

A C. 1247.

Du Cange observat.
p. 52.

§. LVII.

Haquinus Norvegiæ Rex sacræ crucis militiam amplexus.

Matth. Par. **S**anctus Ludovicus, Haquinum Norvegiæ Regem tesserariam induisse crucem, edoctus per epistolam amicitiae plenam eum orabat, ut itineris socium ageret, & pro sua in mari potentia universæ classi præesset. Haquinus nuper a Legato Pontificio coronatus fuerat, quod exponi meretur. Erat Regis Haquini antecessoris sui filius sed non ex toro legitimo. Itaque ad Papam confugere coactus Legatum postulavit, & obtinuit Cardinalem Guilielmum Episcopum Sabinensem, antea Mutinensem, & ad missiones Septentrionales adhibitum. Papa litteras, quibus eum Regi commendavit, 30 Octobris 1246 dederat; ejusque legatio se in Sueciam extendebat. His enim regnis

IV. ep. 189.
Rayn. 1246.
n. 32.

Matth. Par.
p. 634.

regnis in Fridericum concitandis, subsæcul.XIII.
 diisque ad eum bello infestandum inibi A.C. 1247.
 colligendis etiamnum occupabatur. Per
 aliam epistolam Papa plenitudine suæ Rayn. n. 34.
 potestatis utens Haquino legis gratiam
 facit, ut ad dignitatem Regiam eveha-
 tur insuper habito ortus sui vitio, eamque
 liberis legitimis transmittat.

Et vero die S. Olai Regis Norvegiæ Matth. Par.
 ac Martyris 29. Jul. 1247. Haquinus Ber- p. 643.
 gæ Episcopali Regni sui urbe per Lega-
 tum Sabinensem Episcopum solenni ritu
 coronatus fuit. Ut hoc pro beneficio
 gratum se præstaret, Papæ quindecies
 mille selibras nummorum Sterlingorum
 pependit: & Legatus præter grandia,
 quæ accepit, munera quingentas selibras
 e Regni Ecclesiis collegit. Vicissim Ha-
 quinus inita symbolicæ crucis militia pro
 itineris sumptibus Ecclesiasticorum Nor-
 vegiæ proventuum partem tertiam a Pa-
 pa obtinuit. Hic itaque Rex fuit, cui
 S. Ludovicus itineris transmarini comi-
 tem sese obtulit internuncio usus mona-
 cho Anglo Matthæo Paridi, qui tempo-
 ris illius historiam scripsit. Haquinus
 lecta S. Ludovici epistola ad Matthæum,
 cui fidebat, *Magnas, ajebat, gratias huic
 pio Regi habeo. Sed novi paululum Fran-
 corum indolem. Mei Norvegi sunt vio-
 lenti, præcipites, dissimulando impares. Si
 jurgio contendant cum natione elatos geren-
 te*

Sæcul. XIII.
A.C. 1247.

te spiritus, ambo faciemus damnum non resarciendum. Hinc præstat nos seorsum proficisci. Tantum Galliaë portus intrandi, indeque annonam petendi copiam, si necessitas cogat, petiit, & S. Rex humaniter dedit. Is Norvegiaë Rex, inquit Matthæus Paris, est vir prudens, modestus, ac litteratus.

§. LVIII.

Guilielmus Batavus Romanorum Rex.

Ab. Stad.

*Matth. Par.
p. 636.640.
Epist. ap.
Rayn. n. 5.6.
&c.*

In Germania cum Petrus Capochius Legatus prope Coloniam in diem festum S. Michaëlis Episcoporum concilium, quantum potuerat, collegisset, sequente die Jovis 3 Oct. Nuisii aliquot Episcopi & quidam Comites in Romanorum Regem elegerunt Guilielmum Bataviaë Comitum fratrem. Erat juvenis annorum viginti circiter, egregia corporis specie, foederibus magnis suffultus. Stabant ab eo Dux Brabantiaë cognatus suus, Comites Geldriaë ac Loffensis, Archiepiscopus & civitas Coloniaë, Archiepiscopi Moguntinus ac Bremensis cum Suffraganeis suis, Episcopi Würzburgensis, Argentinensis, Monasteriensis ac Spirensis, ut testantur plures epistolæ, quas Papa hos ad Principes 20 Nov. dedit. Scripsit etiam ad Legatum suum, & ad Fratres

tres Prædicatores, ut exhortarentur ad
 sacram expeditionem contra Fridericum
 jam denunciatam. Sed hunc semper Im-
 peratorem agnoscebant multi Germaniæ
 Principes, nimirum Dux Saxoniae, Dux
 Bavariae, Marchio Misniae, Ordo Nobilium
 Austriae, Styriaeque, Archiepiscopus
 Magdeburgensis, Episcopi Passaviensis ac
 Frilingensis: nec Papa quidquam pote-
 rat præterquam imperare Legato suo, ut
 hos Præsules Lugdunum ad sanctam Se-
 dem accerferet, atque contra profanos
 censuras adhiberet.

Sæcul. XIII.
 A. C. 1247.

§. LIX.

Fridericus Parmam obsidet.

Interea Fridericus mense Majo hujus an-
 ni 1247 ex Apulia in Lombardiam nu-
 meroso cum exercitu profectus Taurinum
 usque processit. Lugdunum aditurus e-
 rat, ut coram Papa (sic dicebat) causam
 ipse suam ageret, & hujus æquitatem na-
 tionibus cisalpinis demonstraret: vole-
 batque mox redire in Germaniam, tur-
 bas ejusdem compositurus. Hoc iter in-
 gentem Papæ ac toti ejus curiæ conster-
 nationem incussit metumque, ne Frideri-
 cus tam magnis cum viribus veniens i-
 psis vim inferret. Sed terrorem dispulit
 S. Ludovicus, se, si Papa postulet, ei ce-
 lerrime cum tribus fratribus suis valido-

Mon. Pad.
Petr. de Vin.
xi. ep. 49.

Matth. Par.
p. 640.

Hist. Eccles. Tom. XX.

N_o que

Secul. XIII.
A.C. 1247.

IV. ep. cur.
124. Rayn.
n. 13.

Petr. Vin.
11. ep. 37.
Rayn. n. 17.

Matth. Par.
p. 643.

que exercitu subventurum pollicitus. Papa ardente studio gratias egit; oravit tamen, ne Rex prius, quam ab ipso monitus esset, se viæ committeret. Dabat 17. Junii. Forsitan Papa jam sciebat, quid in Lombardia ageretur. Nam ejus propinqui & amici, qui Parma ejecti fuerant, ut absentiam Friderici in rem suam verterent, congregati, facta cum incolis conspiratione medio Junio urbem intrarunt, ac necato Prætoze Friderici partes expulerunt. Gregorius Montelongius a multo tempore Papæ in Lombardia Legatus Parmæ suppetias tulit, velut etiam Cardinalis Octavianus, quem Papa nuper mense Aprili eo miserat: sic civitas in fortem sui defensionem intenta erat. Fridericus tunc, cum iter Lugdunum verus susciperet, comperta seditione excandescens, cum exercitu relegit viam, & Parmam obsessum venit. Atque ut doceret, se nolle nisi capta civitate discedere, castra posuit in speciem urbis, quam Victoriam nominavit, ibique transegit hyemem, expugnationem Parmæ tam certo sibi promittens, ut eam in deditioem accipere recusaret.

§. LX.

Daniel Russiæ Dux agnoscit Papam.
Papa Innocentius interim diversos schismaticos ad officium reducere conabatur.

tur. Anno præterito Daniel Ruffiæ Dux ^{Sæcul. XIII.}
 per Nuncium ab Opizone Messanensi Ab- ^{A. C. 1247.}
 bate Pontificio in Polonia Legato Regis ^{Long. hist.}
 titulum poposcit, se in Romanæ Ecclesiæ ^{Polon. lib. 7.}
 potestate fore, ac vires suas cæterorum
 Principum Catholicorum viribus ad re-
 pellendos Tartaros juncturum spondens.
 Russi annis abhinc ducentis & quinquaginta
 Christianam fidem amplexi fuerant; ^{Sup. Lib.}
 sed ritum Græcum sectabantur, ut etiam- ^{L VII. §. 17.}
 num faciunt, & schismate erant implici-
 ti. Legatus Opizon eos ad Romanam
 Ecclesiam revocandi occasione utendum
 ratus, Polonis frustra repugnantibus, Da-
 nieli Regia dedit insignia, postquam se
 suosque authoritatem sanctæ Sedis agni-
 turos esse juraverat.

Papa id edoctus Legatum in Ruffiam
 misit Archiepiscopum Borussiæ, intelligo ^{Rayn. 1246.}
 Gnesnensem, cui plerique Borussiæ Epis- ^{n. 28.}
 copi obnoxii erant. Epistola, qua eum
 genti Rufficæ commendat, data est 30
 Maji 1246. Præcepit etiam Archiepis-
 copo Legato, ut Russis Episcopos conse-
 craret viros exquisitæ virtutis ac doctri-
 næ, seu Sacerdotes religiosa lege soluti,
 seu Fratres Prædicatores Minoresve fo-
 rent: permisitque, ut novus Rex Daniel
 Fratrem Prædicatorem Alexin nomine
 cum ejus socio in aula haberet sua. Da- ^{Rayn. 1246.}
 niel Legatos ad Papam misit cum episto- ^{n. 28.}
 lis, in quibus Ecclesiæ reconciliari cupie-
 bat:

Sæcul. XIII.
A.C. 1247.

bat: & Papa Sacerdotibus Rufficis copiam fecit panem fermentatum in Christi corpus convertendi, servandique cæteros ritus suos, qui nihil catholicæ fidei contrarium continerent. Dabat 27 Aug. 1247. Verum Daniel voti compos factus Papæ non diu obedientiam præstitit.

Rayn. 1257.
n. 26.

Certe hoc ei Alexander IV. in litteris 13 Febr. an. 1257 datis exprobravit, ac Episcopis Olomucensi & Vratislaviano præcepit, ut contra illum censuras Ecclesiasticas & profanæ potestatis auxilium adhiberent. Tales sunt transitiones ad Romanam Ecclesiam dignitatis aut commodi causa factæ.

§. LXI.

Missiones ad Armenos &c.

Rayn. n. 30.
Vading.
1247. n. 8.

Ex alia parte Papa legationem detulit Laurentio Ordinis Fratrum Minorum conscientiæ suæ arbitrio, ut Armeniam, Iconium, Turciam, Græciam, Regnum Babylonis seu Ægyptum adiret, ac in omnes Græcos Patriarchis Antiocheno & Hierosolymitano obnoxios, atque in Regno Cyprio versantes, in Jacobitas, in Maronitas ac Nestorianos potestatem suam exerceret. Hujus mandati finis præcipuus erat Græcorum defensio contra vexationes Latinorum. Dabat 5 Junii. Patriarcha Hierosolymitanus apud
Papam

Papam querebatur, quod Græci sibi subditi, ut se ipsius jurisdictioni prorsus subducerent, legationem Fratris Laurentii causarentur. Sed Papa Legato declaravit, hanc intentionem suam non esse, vetuitque, ne Patriarchæ jurisdictionem constringeret.

Frater Laurentius etiam Græcorum Patriarcham ejusque Suffraganeos Ecclesiæ Romanæ reconciliare conabatur. Quo comperto Papam illum jussit cavere, ne Græci Præsules Patriarchis Latinis Antiocheno ac Hierosolymitano subjecti hac ratione ipsis subtraherentur. *Exhortaberis*, adjungit, *Græcorum Patriarcham, ut sanctam Sedem adeat in gratiam ejus integram restituendus. Si ad nos venire ipse non possit, mittat pro se ac pro Suffraganeis suis homines sufficiente potestate munitos. Si pecunia ad iter careant, tu eam illis ex ærario nostro subministrabis. Unde apparet, hunc Religiosum ad exercendam legationem suam nummos ad manus habuisse. Dabat epistolam 7. Augusti.*

Papa itidem Catholico Armenorum Patriarchæ Religiosum nomine Andream miserat, qui ab hoc illi litteras retulit, in quibus hic Præsul illum hortatur ad veniam proscripto Imperatori, scilicet Frederico, dandam. *Id favoris, ait, peto a Sanctitate vestra, a Patriarchis, ab Episcopis,*

Sæcul. XIII.
A. C. 1247.

N n 3

pis,

Sæcul. XIII. A.C. 1247. *pis, & a Regibus potestati vestræ submissa
& quidem ob stragem & captivitatem Christi-
anorum fratrum nostrorum, ob ever-
sionem civitatis sanctæ, & ob profanationem
sacri sepulchri. Ac deinde: Mittimus
vobis libellum, quem attulimus de pectore O-
rientis nempe de Sin (intelligo de Sis sede
Patriarchæ Armeniæ) & alium libellum
de fide Archiepiscopi Nesibini, cui subscri-
pserunt alii duo Archiepiscopi ac tres Epi-
scopi. Oramus cum eis iterum pro Archi-
episcopo Hierosolymitano, qui est de gente
nostra, & pro fratribus nostris Christianis
in Oriente, Antiochiam, Tripolin, Ptolemai-
dem, cæteraque loca incolentibus, ut eos com-
mendetis, nequis eosdem offendat.*

*Rayn. n. 36.
Vad. II.*

Frater Andreas pariter epistolam Pa-
pæ tulerat ad Ignatium Jacobitarum Pa-
triarcham, cujus responsum reportavit
continens professionem fidei plane ca-
tholicam non solum de SS. Trinitate, ve-
rum etiam de natura divina humanæ
conjuncta. Enunciat enim JESUM Chri-
stum esse Deum perfectum ac perfectum
hominem sine permixtione vel confusione,
ac Eutychetem proscriptum dicit. *Ecce,*
pergit Epistola, ecce fidem nostram & Æ-
gyptiorum, Armenorum, Libyon ac Æ-
thiopum! atque sanctam Ecclesiam Roma-
nam Ecclesiarum omnium matrem & caput
esse confitemur. Et postea: Firmandæ pa-
eis causa poscimus a vobis primo, ut post
obitum

obitum nostri Patriarchæ Archiepiscopi con- Sæcul. XIII.
 gregati novum secundum canones consti- A. C. 1247.
 tuant. Secundo, ut Patriarcha, Archiepis-
 copi ac Episcopi Latini, qui sunt in ter-
 ris nostris, in Patriarchas & Episcopos no-
 stros nullam jurisdictionem habeant, sed ex
 vobis, ut illi, pendeamus. Tertio, ut Epis-
 copi Latini ex Ecclesiis ac monasteriis, quæ
 apud ipsos habemus, nullum censum colli-
 gant, sed nobis Ecclesiasticam relinquunt
 libertatem, nec labores nostros suum in lu-
 crum vertant. Quarto, ut illos, qui cum
 Latinis matrimonia contrahunt, Sacramen-
 tum Chrismatis in baptisate jam acceptum
 iterum suscipere nemo cogat. Nempe Ar-
 meni, ut Græci, sacram Confirmationem
 una cum baptismo conferunt.

Habetur etiam Nestorianorum pro- Rayn. n. 43.
 fessio fidei, probabiliter simul allata no- Vading.
 mine Archiepiscopi Nesibini, in qua is n. 13.
 confitetur, Christum esse Filium Dei si-
 mul ac Filium hominis, & unicam per-
 sonam; naturæ divinæ cum humana
 conjunctionem cæptam fuisse post my-
 sterium SS. Virgini ab Angelo annuncia-
 tum, neque post Christi mortem cessasse;
 denique eum esse Filium unicum, uni-
 cumque individuum.

Sæcul. XIII. j
A. C. 1247.

§. LXII.

*Fratrum Minorum ad Tartaros
missio.*

ap. Rayn.
an. 1245. j
n. 16.
Vad. eod. n. 3

Jam duobus abhinc annis Papa Innocentius, ut Tartarorum ferociam mitigaret, & grassationem fisteret, ad eos miserat duos Fratres Minores, Laurentium Lusitanum & Joannem de Plano Carpino, sed seorsum & cum suis utrumque sociis: epistolæ tamen, quas ferebant, datæ sunt eodem die scilicet 5 Martii 1245, & ambæ Regi populoque Tartarico inscriptæ. In illa, quam F. Laurentius accepit, Papa eis loquitur de lapsu primi hominis, de natura divina humanæ juncta, de redempto genere humano, velut si nostrorum mysteriorum notitiam jam aliquam habuissent. Tum addit: *Dei Filius post suum ad vitam reditum in cælum ascendens reliquit in terra Vicarium, cui animarum curam, ac Regni cælestis claves commisit, ut hic cum successoribus suis id aperire posset atque claudere. Cum proin ipsi successerimus, & salutem vestram ardentem cupiamus, mitius latentes præsentium, ut horum doctrina imbuti Christianam fidem amplectamini. Christus his in litteris videtur potestatem suam tantum S. Petro ac Romanis ejus successoribus dedisse.*

Frater

Frater Joannes de Plano Carpino co-^{Sæcul. XIII.}
 mes S. Francisci, primus Saxoniae Cu-^{A.C. 1247.}
 stos, dein per Germaniam Minister Pro-^{Vading. n. 4.}
 vincialis fuit, & in Bohemiam, Hunga-^{de Script.}
 riam, Norvegiam, Daniamque Ordinem^{p. 221.}
 suum extendit. In epistola, quam fere-
 bat, Papa Tartaris vastitatem regionibus
 illatam, & crudelitatem omni huma-
 nitatis sensui contrariam exprobrabat:
 hortabatur, ut desisterent, ac præsertim
 Christianis parcerent; submitterent se
 Deo, ac per pœnitentiam satisfacerent:
 denique jubebat eos dicere belli causam,
 & quo usque suos progressus urgere vel-
 lent? In alia epistola Missionariis ejus-
 dem Ordinis magnam & variam facit pot-
 estatem etiam conferendi tonsuram &
 acolytos consecrandi.

Rayn. n. 181

Id. n. 19.

Ecce relationem F. Joannis de Plano ^{Vincenz.}
 Carpino in compendium redactam! Ju-^{Spec. hist.}
 bente Papa an. 1246 profecti, primum ad ^{lib. 31. c. 19.}
 Regem Bohemiae nobis faventem nos ^{Bergeron.}
 contulimus. Suasit, ut per Poloniam & ^{voyage de}
 Russiam iremus, epistolasque nobis ac ^{Carpin. c. 9.}
 firmum dedit præsidium. Ad Conradum
 Lanciciae Ducem delati, apud eum in-
 venimus Vasilicum Ducem Russiæ, qui
 precibus Conradi motus ad sedem nos
 duxit suam, ibique aliquamdiu retinuit.
 Oravimus, ut accerseret Episcopos suos,
 ac recitatis Papæ epistolis, eis reditum
 ad Ecclesiam suadentis, eosdem permo-

N n 5 vere

Sæcul. XIII.
A.C. 1247.

vere conati sumus. Sed responsum nobis decretorium dare non poterant absente Duce Daniele Vasilici fratre, qui Batum Tartarorum Ducem adierat. Vasilici jussu usque Chioviam Russiæ Metropolin ducti sumus in continuo vitæ periculo ob frequentes Lithuanorum in regionem incursus, ac multum frigoris & nivium pertulimus.

f. 20.
Berg.
f. 10.

Secundo post SS. Virginis Purificationem die, nimirum 4 Febr 1246 attigimus Canovam pagum Tartaris subiectum: ac primo die Veneris post cinerum diem, qui erat vigesimus tertius ejusdem mensis, ad primam Tartarorum custodiam advenimus. Postridie mane post parvum viæ spatium incidimus in eos, qui ibi præerant. Causam itineris, & quid negotii nobis esset, rogati sic respondimus. Nuntii Papæ sumus, qui Christianorum pater ac Dominus est. Ille nos mittit ad Tartarorum Regem ac Principes totamque gentem, Christianos omnes Tartarorum amicos esse, pacemque cum his habere cupiens. Optat præterea, ut hi apud Deum in coelo magni sint, ideoque tam per epistolas suas, quam per nos hortatur, ut Christiani fiant, cum salutem alia ratione consequi nequeant. Significat iis etiam, se mirari, quod tot homines, præcipue Christianos, & nominatim Hungaros, Moravos, ac Polonos ipsi subditos

ditos trucidant, ab his populis haud offensi. Monet, ut ab eis deinceps abstineant manus, Deumque lacesitum poenitentia mitigent. Orat, ut ipsi scribant, quid agere in posterum velint, & quænam sit intentio sua. Tartari audito responso nostro dicebant, nos suo jussu ductum iri ad Corenzam caput primæ custodiæ contra populos Occidentis positæ, ne subito irrumpere possint. Sexagies mille viris, & ad Borysthenis cursum ex parte Russiæ excubiis præesse dicitur.

Sæcul. XIII.
A.C. 1247.

6. 21.

Ad sedem delatis suam procul a se habitaculum nobis dari, & quæri ex nobis jussit, quomodo se salutare, id est, munerari vellemus. Reposuimus, Papam dona non mittere, ignarum, an usque ad eos pervenire possemus: præterquam quod loca periculis plena transferimus. Nos tamen haud omisso illi honorarium ferre de penu, quæ nobis modica esset. Ad ejus tentorium ducti, ter genu sinistrum ad portam flectere, nec transgredi limen inferum jubebamur. Admissi positus humi genibus debebamus officium nostrum exponere coram Corenza & cunctis primoribus eo fine congregatis. Diximus ea, quæ prius: etiam epistolas Papæ obtulimus. Sed interpres, quem Chiovia adduxeramus, eas expli-

Sæcul. XIII. explicando par non erat; nec alium sa-
 A.C. 1247. tis idoneum inveniebamus.

B. c. II.
 Tum equi nobis ac tres Tartari da-
 bantur, qui nos celeriter ad Batu-Canum
 ducerent, ab Imperatore inter ipsos poten-
 tissimum, & ad Volgam castra tenen-
 tem. Post primam jejunii verni Domi-
 nicam die lunæ scilicet 26 Febr. 1246 i-
 ter ingressi, quamvis properarem, non-
 nisi die Mercurii hebdomadis sanctæ ni-
 mirum 4 Aprilis advenimus ad Bati se-
 dem. Tectum bis mille circiter passus
 ab eo distans nobis assignatum est: ac
 instante eum accedendi tempore, inter
 duos ignes nobis eundem esse audivimus.
 Cum nollemus, dicebant, id eo facien-
 dum, ut, si malum coqueremus consilium,
 aut venenum gereremus, ignis effectum
 ejus impediret. Paruimus, ut ejusmo-
 di suspiciones deleremus. Batum eo-
 dem ritu, quo Corenzam, allocuti, ad ex-
 planandas Papæ epistolas interpretes
 poscebamus, & sacro Parasceves die ac-
 cepimus. Cum istis in linguas Russicam,
 Arabicam, & Tartaricam eas transuli-
 mus: & ultimam traductionem Batus
 oblatam sibi attente legit.

G. 22.
 Sabbato sancto nobis dici curavit, ut
 Imperatorem Cuinum sive Cajucum adi-
 remus: sed e nostris aliquos detinuit, se
 ad Papam eos remissurum causatus: &
 nos eis epistolas tradidimus, relationem
 eorum

eorum omnium, quæ egeramus, continentes. At postquam ad Borysthenem venerant, ibi retinebantur usque ad nostrum reditum. Die Paschatis 8. Aprilis post rem divinam a fratribus nostris multas inter lachrymas discessimus, vivendumne porro, an moriendum nobis esset, incii. Ducebant nos duo Tartari tam fractos viribus, ut vix equitare possemus. Nam per tempus verni jejunii præter milium, aquam, & salem victum alium non habueramus. Idem erat cæteris jejunii diebus, nec nisi solutam nivem bibimus. Maturavimus tamen iter, sæpe quater aut quinquies per diem equos mutando, ab octava Paschatis, 15 Aprilis 1246 usque ad diem S. Magdalenæ 22 Julii. Tam longa in via campos calvariis & ossibus humanis confitos vidimus & ingente numero urbes arcesque dirutas, tristia Tartarorum transitus monumenta.

§. LXIII.

Cajuc - Camus Tartarorum.

Festo S. Magdalenæ die ad Cuinum advenimus: sed nobis sui copiam tum non fecit, quia necdum in Imperatorem electus, regimini se nondum immiscebat. Ut hic relationis locus intelligatur, scire oportet, Octajum Ginguiz-Cani filium, ac

Sæcul. XIII.
A.C. 1247.

c. 23.

c. 25.

B. c. 14.

c. 30.

B. c. 15.

Sup. Lib.
LXXIX.

§. 2.

secun-

Sæcul. XIII.
A.C. 1247.

Aboulfar.

p. 220.

Bibl. Orient.

p. 358.

Haiton c. 19.

Aboulfar.

p. 821.

secundum Mogolum seu Tartarorum Imperatorem diem obiisse anno Epochæ Arabicæ 643. Christi 1245. cum successorem designasset Cajuc-Canum filium natu maximum, qui hoc loco Cuinus, & alias Gino-Canus appellatur. Ejus mater Imperii habenas tractabat durante interregno scilicet usque ad generalis nationis Curiltai dictæ conventum, in quo Cajucus pro merito suo electus est an. 1246. Duobus præcipuis utebatur ministris seu Atabecis: alter Cadac, Gincal alter vocabatur. Cadac erat Christianus & sacro ablutus fonte; non item Gincal, favebat tamen Christianis: & ambo his Cajuc-Canus & matris ejus benevolentiam conciliarunt, ita, ut Episcopos ac monachos clementer haberent, atque Christianos populos, ut Francos, Russos, Syros, & Armenos magni facerent. At Cajuc-Canus vix biennio regnavit, anno Epochæ Arabicæ 647. Christi 1249 mortuus. Relationis filium resumamus!

p. 322.

Vinc. Berg.

c. 30.

c. 31.

B. c. 16.

Cum apud Cuinum quinque aut sex dies fuisset, ad matrem nos suam misit in locum, ubi generalis conventus agebatur. Ibi quatuor circiter hebdomades mansimus: ibidem facta est electio: & Cuinus in solium evehendus erat die Dominæ Nostræ in cœlum assumptæ sacro: sed ob grandinem res differri debuit.

Mora

Morabamur ibi usque ad diem festum ^{Sæcul. XIII.}
 S. Bartholomæi 24. Aug. 1246, quo die ^{A.C. 1247.}
 Cuinus conscendit solium, & summi, me-
 dii, infimique omnes ad eum submissis
 genibus honorandum venerunt, exceptis
 nobis, qui ei subditi non eramus. Qua-
 draginta vel insuper quinque ætatis an-
 nos numerare videbatur: mediocris erat
 staturæ, prudens, versutus, & oppido se-
 rius. Christiani ejus domestici nobis af-
 firmabant, eum sacra nostra amplexurum
 esse. Rei fidem faciebat, quod Clericos
 suis aleret sumptibus, & circa se habe-
 ret, atque a fronte magni tentorii sui sa-
 cellum, ubi cantabant publice, & ad ho-
 ras Græcorum more signum dabant:
 quam libertatem Christianis cæteri Tar-
 tarorum Præfecti haud permittebant. Ni-
 hilominus, cum in ipso conventus loco
 essemus, Cainus contra Ecclesiam, ac Im-
 perium Romanum, omniaque Regna Chri-
 stiana & Occidentis populos vexillum e-
 rexit, bello petendos minitans, nisi hoc,
 quod Papæ cunctisque Christianis man-
 daret, facerent, id est, se ipsi submitte-
 rent: nam solos Christianos timet. Tar-
 tari vero Gingviz-Cani jussu universam
 sibi terram subjicere cogitant.

v. c. 33.

B. c. 19.

Igitur ad illum vocati sumus in locum,
 ubi elatus in solium fuerat. Gingai pri-
 mus eorum, qui a secretis illi erant, no-
 stra illorumque, qui nos miserant, nomi-
 na

v. c. 35.

B. c. 29.

na

Sæcul. XIII. na scripsit, & clara voce coram Imperato-
A.C. 1247. re recitavit. Eramus inter paucos, qui

v. c. 35. misit nos ad matrem suam interea, dum

B. c. 22. vexillum contra Occidentem solenni ri-

tu erexit; cujus rei notitiam nos habere noluit. Reversi dein mense integro apud

eum mansimus, cum fame sitique magnopere conflictantes: quod enim pro qua-

triduo dabatur, vix unum in diem sufficiebat. Denique accitis nobis per Gingajum dici jussit, ut propositionem nostram scriptam sibi præberemus. Rogabamur etiam, an Papa haberet homines,

qui sermonem Russicum, Arabicum, vel Tartaricum legere scirent. Respondimus, ejusmodi scripturas nobis in usum non esse; sed Arabes scire, quæ sibi dicerentur, Tartarica lingua scribere, ac nobis explicare: nos eadem scripturos sermone nostro, & Papæ autographum cum

traductione allaturos esse. Die S. Martini accersiti sumus. Tum Cadac Minister primarius, Gingai, Bala, scribæque plures ad verbum nobis exponebant Imperatoris epistolam, quam latine scripsimus, & in sermonem Arabicum translata nobis dabant, usui futuram, cum intelligentem quempiam invenissemus.

c. 38. Imperator suorum quosdam nobiscum mittere decrevit, & unus e Tartaris nos comitantibus, ut se posceremus, nos

B. c. 23.

nos

nos stimulat. Reposimus, si eos Imperator ultro mitteret, nobis acceptos fore. Sed eorum profectio non expedire visa est plures ob rationes. Verebatur, ne diffidia & bella nostra cernentes magis animarentur, ut in nos irent: timebamus, ne hi Nuncii essent exploratores; ne nostri homines, quorum insolentiam nossemus, eos enecarent, vel per vim nobis adimerent. Denique nihil, quod agerent, habebant præter Imperatoris sui epistolas ad Papam & Principes ferendas, quæ nostris erant in manibus. Tertio posthæc die S. Brictio dicata 13. Nov. dimissi sumus, ac reduces totam hyemem in desertis locis transegimus, ubi sæpe nobis in nivibus cubandum erat. Ita usque ad festum Ascensionis Domini nempe nonum Maji 1247 iter fecimus. Tum advenimus ad Batu-Canum: & sabbato post Pentecosten Mosii sedem attingimus, ubi focii & famuli nostri detenti erant. Eos adduci ad nos curavimus, ad Corenzam postea delati, qui nobis duos Cumanos itineris in Russiam duces addidit.

Sæcul. XIII.
A.C. 1247.

B. c. 24.

Decimo quinto die ante festum S. Joannis Chioviam intransibus incolæ pleni gaudio nobis obviam ibant tanquam rediivis gratulantes: tantundem nobis to-

Hist. Eccles. Tom. XX. Oo tam

Sæcul. XIII.

A.C. 1247.

tamper Ruffiam, Poloniam & Bohemiam factum. Daniel ac frater ejus Vasilicus hilaria nobis liberaliter dabant, nosque otiduo præter intentionem nostram detinebant. Mediis diebus inter se cum Episcopis cæterisque probis hominibus consultabant de iis, quæ in Tartariam euntes proposueramus. Responderunt, se velle Papam pro Domino & Patre suo, ac sanctam Ecclesiam Romanam pro Matre sua habere, confirmareque omnia, quæ per aliquem Abbatum suorum Papæ hanc de re significassent: etiam Nuncios nobiscum miserunt. Talis est relatio Fratris Joannis de Plano Carpino, & Fratrum Minorum ejus per hoc iter comitum.

§. LXIV.

Vinc. Bell.
lib. 31. c. 2.
c. 40.

Missio Fratrum Prædicatorum.

Papa Innocentius sub idem tempus ad Tartaros misit FF. Prædicatorum, qui in Ægyptum delati Sultano Melicfaleh Papæ litteras tradiderunt, hortantihunc Principem ad amplectendam fidem catholicam, & ut viam ad Tartaros Fratribus aperiret, orantis. Sultanus suo nomine illi respondere Salchinum jussit, qui e præcipuis ejus Ministris quidam fuerit, necesse est, & qui litteras inchoat a magnis locis communibus Theologiæ Mulsulman-

fulmannicæ ad efferendam unitatem Dei
 singularem sine socio, sine consortio
 minæ aut liberorum, sine divisione, sine
 numero, sine compositione: quibus ex-
 pressionibus Musulmanni utuntur ad ex-
 cludendam Personarum divinarum Tri-
 dem. Dein missioni Moyſis & Christi le-
 gationem Mahometis præfert, afferens,
 Deum in isto cumulasse dona omnia cæ-
 teros in Prophetas distributa. Tandem
 ad epistolam Papæ veniens, dicit: *Ne-
 scimus, quænam sit ejus intentio: nam si ve-
 ritatem demonstrationibus stabilire velit, hoc
 sine conventum agi, & oppositiones ac re-
 sponsa viva voce proponi oporteret: nec
 deessent nobis homines, qui ei facerent satis.*
 Et postea:

Sæcul. XIII.

A. C. 1247.

ap. Rayn.

1247. n. 57.

58. &c.

*Cum Fratribus Prædicatoribus ab eo
 missis disceptare voluimus: sed pro his omni-
 no tutum non erat de Religione vestra no-
 straque in nostra regione cum Doctoribus
 nostris contendere. Præterea obstabat lin-
 gua: Non sciebant Arabicam, nec nisi La-
 tina vel Gallica disputare consueverant. E-
 tiam paupertas eis sua & vita monastica no-
 cebat: quamvis scientia, virtus, fluxarum
 contemptus rerum, religio, & morum puri-
 tas in eis eluceret.*

*Epistola Papæ, eos velle ad Tartaros
 ire significans, ut eorum propositum adju-
 vare*

Sæcul. XIII. A. C. 1247. *varemus, nos hortabatur. Sed non su-*
simus, ut hoc iter susciperent. Tartaro-
rum furor & crudelitas multo major est,
quam dicitis. Antichristus ipse non teneret
lachrymas, si tantummodo partem malo-
rum, quæ committunt, cerneret. At Dei
misericordia Musulmannos solata est in Sul-
tano, qui faciet, ut Tartari ardorem ignis,
quem accenderunt, sentiant. Melicsaleh Do-
minus noster est, ad quem hoc anno Le-
gatos pacem petituros miserunt. Verum non
permisit, ut ad Regiam venirent, aut pro-
dum ipsius pulverem oscularentur. Hæc
est summa Salchini litterarum ad Papam.

Fratres Prædicatores, de quibus lo-
 quitur, erant probabiliter Ascelinus ac
 tres ejus comites, quorum unus nomi-
 ne Simon a S. Quintino ipsorum itineris
 in Tartariam relationem scripsit sequen-
 tem. Anno 1247. die Translationis
 S. Dominici nimirum 24 Maji F. Asceli-
 nus a Papa missus cum sociis suis in Per-
 siam ad Tartarorum exercitum Bellidu-
 ci Bajothnoi subditum advenit. Qui re-
 comperta ad eos e præcipuis militum
 Præfectis aliquos & suum Egip seu pri-
 mum consiliarium ac interpretes misit.
 Quærebant isti, unde illi venissent? F. A-
 scelinus reposuit: *Sum Nuncius Papæ,*
qui a Christianis omnes inter homines digni-
tate

tate summus habetur, & tanquam Pater ac Dominus suus colitur. Tartari hæc verba indignati subdebant: *Qua fronte audetis Papam Dominum vestrum universos inter homines maximum dicere? An nescit, Canum Dei Filium, Bajothnoi & Batho Principes ei subiectos esse?* Tum Ascelinus: *Papa ignorat, quinam viri Can, Bajothnoi, & Batho sint. Eorum nomina nunquam audit. Si nosset, scripsisset in epistolis, quas nobis dedit. Percepit solummodo, Tartaros, certam nationem barbaram ab Oriente profectam, multis regionibus bello subactis innumeræ hominum multitudini vitam eripuisse. Igitur commiseratione tactus, de consilio Fratrum suorum Cardinalium nos ad Tartarorum exercitum, quem primum inveniremus, misit, Ducem atque omnes ei obnoxios hortandi gratia, ut ab hac cæde præsertim Christianorum desisterent, & admissorum criminum pœnitentia ducerentur. Quamobrem Dominum vestrum oramus, ut accipiat Papæ litteras, & responsum reddat.*

Tartari abibant, & mutatis vestibus paulo post reversi quærebant ex Fratribus, an munera afferrent? Respondit Ascelinus: *Papa rarissime dona mittit, nunquam vero incognitis ac ethnicis: e contrario eidem Christiani filii sui mittunt aliqua, ac sæpe ipsi ethnici.* Tartari solici-

Sæcul. XIII.

A. C. 1247.

c. 41.

Sæcul. XIII. te Fratres rogabant, an Franci etiam-
 A.C. 1247. num adirent Syriam? affirmabant enim,

6. 42.

se ex mercatoribus cognovisse, brevi multos eo venturos esse. Et forsitan cogitabant illis insidias struere se amplecti fidem velle simulando, vel alio modo, ut eos averterent a terris suis aut sibi amicos saltem per aliquod tempus redderent. Nam, ut Georgiani & Armeni referunt, Tartari Francos præcunctis terrarum gentibus timent. Cum Tartarici Duces rediissent, dicebant Fratribus: *Si videre Dominum nostrum, ac vestri epistolas ei tradere vultis, ter flexis genibus eum adoretis, oportet, tanquam Dei filium in terra regnantem: est enim Cæsarum mandatum, ut Bajothnoi velut ipsi honoretur.* Nonnulli Fratrum verebantur, ne hæc adoratio esset idololatria. Sed F. Guichardus Cremonensis, qui Tartarorum consuetudines noverat, *Ne metuite, inquiebat, hoc reverentiæ genus vobis non injungitur, nisi ut Papam & totam Ecclesiam imperiis Cæsarum submissos fore indicetis: omnesque Legati hanc obeunt ceremoniam.* Fratres inita deliberatione necem subire potius, quam sic genua coram illo flectere una omnes voce statuerunt, tum ut Ecclesiæ honori consulerent, tum ne offenculo essent Georgianis, Armenis, Græcis, immo Per-

Perfis, Turcis, cæterisque Orientis popu-
lis. Adhæc nolebant Ecclesiæ hostibus
gaudendi materiam dare, & Christianis
Tartarorum captivis spem liberationis
adimere.

Sæcul. XIII.
A.C. 1247.

Ascelinus, quid decreverint, cunctis
præsentibus declaravit, addens: *Ut agnoscatis, non per contemptum, vel duritiam inflexibilem nos ita loqui, parati sumus ad exhibendam Domino vestro observantiam, quamcunque præstare cum decencia possunt Sacerdotes Dei, ac religiosi Papæ Nuncii. Ut Superiores, Reges, ac Principes nostros, sic illum veneramus. Si Bajothnoi ad Christi cultum adjiceret animum, quod Papa & nos optamus, non solum coram illo & vobis omnibus flecteremus genua, verum etiam plantas pedum vestrorum osculareremur. Ad ea Tartari furentes, Quid? ajebant, Nos Christianos, nos canes fieri vultis? Non Papa vester canis est? non vos cæteri omnes estis canes?* Ascelinus respondere haud poterat nisi simpliciter negando: tantus erat illorum clamor & impetus iracundiæ.

Compertis Fratrum responsis Bajothnoi eos ad mortem condemnavit. Sed quidam e consiliariis ejus duos tantum necandos, reliquos duos ad Papam remittent-

6. 44.

O o 4

mitten-

Secul. XIII.
A.C. 1247.

6. 45.

remittendos censebant. Alii putabant, uni detrahendam cutem, replendam palea, & per socios ejus Papæ mittendam esse. Varii eos ab oculis removendi modi proponebantur. Denique Bajothnojo e sex uxoribus suis una dicebat: *Si hos Nuncios occidis, orbis totius odium tibi accerses: perdes munera, quæ tibi undique deferuntur, & Legati tui absque misericordia perimentur.* Bajothnoi rationi cessit. Tartari ad Fratres reverii, quomodo Christiani adorarent Deum, quærebant. Ascelinus reposuit: *Quidam prostrati, alii submissis genibus, alii aliter. Multi extranei Dominum vestrum, prout ei placet, adorant, ejusdem tyrannide territi. Sed Papa & Christiani hanc non formidant, nec agnoscunt imperia Cæni, cui subditi non sunt.* Opponebant Tartari: *Vos vero adoratis lignum & saxa, nimirum cruces eis incisæ.* Ad quos Ascelinus: *Christiani nec lignum, nec lapidem adorant, sed figuram crucis ob Dominum Nostrum JESUM Christum pro salute nostra crucifixum.*

6. 46.

Postea Bajothnoi eis dici jussit, ut audirent Canum, ejus magnam viderent potentiam, eidemque Papæ litteras darent. Sed Ascelinus Tartari artium gnarus respondit: *Dominus meus non misit*

misit ad Canum ignotum sibi, sed ad Tartarorum exercitum, quem primum invenire. Itaque ad Canum non ibo: Et quando Dominus vester epistolas Papæ non accipit, ad hunc revertar, Et, quid factum sit, referam. Tartari subjungebant: Quanta temeritate asseris, Papam universos inter homines summum esse! Quis audivit unquam, Papam vestrum tot Et tanta Regna occupasse, quot Et quanta Canus suam in ditionem redegit permissu Dei, cujus est filius? Canus igitur major est Papa vestro cunctisque hominibus. Tum Ascelinus: Papam omnes inter homines dignitate maximum dicimus, quia Deus S. Petro ac successoribus ejus universalem in Ecclesiam totam potestatem fecit. Conabatur Tartarorum quæstioni fusius satisfacere per exempla plura pluresque rationes, quas minime capiebant, cum essent bruti bardique nimium. At non videtur dixisse illud, quod iis placandis aptissimum erat, Papæ potestatem esse prorsus spiritualem, nec ad res profanas attinere.

Papæ dein epistolis in linguam Perficam, & ex hac in Tartaricam, ut Bajothnoi eas intelligeret, traductis, Fratres responsum ab eo postulabant. Sed ultra bimestre spatium expectantes, tan-

Sæcul. XIII.
A C. 1247.

Sæcul. XIII.
A.C. 1247.

quam homines nullius pretii nulliusque
nominis summo contemptui habebantur.
Stabant ad tentorium ejus a diluculo us-
que ad meridiem vel diutius etiam ar-
dori solis expositi per menses Junium Ju-
liumque; nec admissi sunt; immo ne
alloquio quidem eos quisquam dignaba-
tur. Tandem dimissi sunt die festo Sa-
cobi, 25 Julii non sine Nunciis, qui Ba-
jothnoji ac Dei litteras (sic epistolam
Cani vocabant) ad Papam ferrent. Ba-
jothnoi ita scripserat: *En verbum Bajoth-
noji Legati per divinam Cani auctoritatem
Scito, Papa, tuos venisse Nuncios, ac epi-
stolas tuas attulisse! Grandia dicere,
tuone jussu, an sponte sua, nescimus, Scri-
pseras: Vos hominibus multis vitam ad-
mitis. Hoc nobis Deus præcepit & ille,
qui totam terræ faciem gubernat. Qui-
quis parebit imperio, sua in regione maneat
& in bonis suis, ac vires suas mundi Do-
mino mittat! qui non obedient, pessunden-
tur! In vestra regione, atque in bonis vestris
manere si vultis, oportet, ut tu Papa ad
nos & ad universæ terræ Dominum ipse
venias; & priusquam nos adeas, necesse est,
ut mittas Nuncios, qui nos edoceant, an
venturus sis nec ne, & an pacisci nobiscum
velis, aut noster inimicus esse?* Epistola
Cani solummodo mandatum erat Ginguiz-Cani nomine Bajothnojo impositum,
ut

6, 52.

ut ejus potestatem per omnem terram agnosci curaret. En totum fructum laborum ac discriminum, quos tam ferventes hi viri Apostolici subierunt. Tres anni ac septem menses effluerant in hoc itinere F. Ascelini, cum ad Papam revenit.

Sæcul.XIII.
A.C.1247.

§. LXV.

*Joannes Parmensis FF. Minorum
Minister Generalis.*

Hoc anno 1247. Ordo FF. Minorum mutavit Ministrum Generalem. Decimo Maji Papa omnibus iis, qui comitiis generalibus interesse debebant, se pro sua in eos propensione hæc coram se habenda ducere indicavit, & huic negotio 13 Julii diem attribuit, eos illa die ad se venire, ubicunque tunc foret, jubens. Erat autem Avenione, ibique comitia fiebant. Frater Crescentius sextus Ordinis Minister Generalis haud comparuit, contentus eo mittere, sicut ad concilium Lugdunense fecerat, suum Vicarium Fratrem Bonaventuram Æsiensem, per quem petiit, ut ob ætatem, dexteritatis penuriam, & singulariter ob tenuem facundiam suam gesto munere expeditetur. Nec querimoniæ de illo deerant: negligere officium suum, malum exem-

Vading.
1247.n.I.2.
Esc.
Boll.19.
Mart. to. 8.
p. 58.

Sæcul. XIII.
A.C. 1247. exemplum præbere, disciplinæ remissionem permittere, immo introducere ferebatur. Accepta proin abdicatione sua, reliquos vitæ dies in ea demissione, ad quam vocatus erat, traduxit.

In ejus locum suffectus est Frater Joannes Parmensis provinciæ Bononiensis, qui tum Parisiis Theologiæ Doctorem publice agebat, vir eximie virtutis, ac regularis disciplinæ studiosissimus: electus autem fuit una omnium voce, atque ita septimus Generalis Minister Ordinis factus. Quæ res huic pacem reddidit, tantumque creavit gaudium, ut S. Francisci spiritus in eum rediisse diceretur. Primi præsertim S. Patris discipuli sic loquebantur: nam aliqui etiamnum vivebant, & inter eos Ægidius Assisinas, qui novum Ministrum Generalem primo salutans, *Mi Pater!* inquebat, *optatus ades, at ferro venisti:* significabat, rem difficilem fore solutori disciplinæ jam inductæ afferre remedia.

Joannes Parmensis aggressus officium, a restituenda pace initium sumpsit. Scripsit epistolas consolatorias Fratribus virtutis ac regulæ studio ardentibus, ab antecessore suo in exilium missis; & in suam quemque provinciam revocavit. Obtinuit diploma Pontificium Lugduni 13 Aug.

Vading.
Regist. p. 104
n. 53.

Aug. 1247 datum, declarans, nullum Sæcul. XIII.
 Legatum, qui non esset a latere, nullum A. C. 1247.
 que Præfulem sub obtentu litterarum
 Papæ posse ad operam suis aut Ecclesiæ
 suæ rebus navandam aliquem Fratrem
 Minorem domi suæ retinere præterquam
 illos, quos Legati vel Præfules a Mini-
 stro Generali vel Provinciali impetrassent,
 & qui disciplinæ Ordinis submissi mane-
 rent. Curavit etiam, ut Papa retexe-
 ret factam quibusdam Fratribus ad ex-
 teras gentes missis copiam suscipiendi
 eos, qui Ordinem vellent ingredi, & no-
 vas provincias, iisque Superiores consti-
 tuendi: ac ostendit Papæ, quam perni-
 ciosa Ordini hæc permissio esset.

p. 107. n. 55.

Per tres primos sui muneris annos
 universi Ordinis disciplinam inspexit, cum
 uno vel summum duobus fociis pedibus
 iter faciens. Unicam gestabat togam,
 & in ejus facie, gestibus, ac incessu de-
 missio tanta erat, ut multis in coenobiis
 aliquot dies maneret incognitus, & om-
 nem Fratrum mores examinandi liber-
 tatem haberet, sibi non diffidentium in-
 dolem videns; curabat enim, ut ne ad-
 ventum ipsius cognoscerent. Demum
 personam professus suam, quæ videban-
 tur, statuit & correxit; ad primam omnia
 observantiam redegit; segnes interdum
 Supe-

Sæcul. XIII. Superiores officio privavit; & Fratres
A. C. 1247. minus boni exempli removit. Quam-
 tumvis lassus de via preces horarias ex-
 emplo S. Francisci stans ac detecto ca-
 pite peragebat. Nulla in cibis distinc-
 tione admitta, proximam quamque portio-
 nem sumebat gratias agens.

§. LXVI.

Christi sanguis in Anglia.

Matth. Par.
p. 640.

In Anglia Henricus Rex ad omnes Re-
 gni sui Proceres scripsit, ut die trans-
 lationis S. Eduardi scilicet 13 Octobris
 Londini comparerent, gratum audituri
 nuncium favoris a Deo sibi nuper exhibi-
 ti. Westmonasterii dicto die præsentibus
 indicatum est, Magistros Templario-
 rum & Hospitaliorum Equitum per Tem-
 plarium misisse portionem Sanguinis Chri-
 sti crySTALLINO in vase perantiquo cum te-
 stimoniis Patriarchæ Hierosolymitani, E-
 piscoporum, Abbatum, & Procerum Ter-
 ræ sanctæ. Henricus hac occasione
 S. Ludovici affinis sui exemplum, quod is
 in vera cruce honoranda ediderat, imi-
 taturus, in pervigilio festi jejunium co-
 luit pane & aqua contentus; ipso autem
 die in supplicatione publica sacras reli-
 quias solenni ritu a Cathedrali S. Pauli
 Ecclesia Westmonasterium ad S. Petri
 templum

templum tulit, & huic donavit. *Epis- Sæcul. XIII.*
 copus Norvicensis rem divinam fecit, *A.C. 1247.*
 sermonemque sacrum habuit, in quo dicebat, has reliquias præferendas esse omnibus, ipsique cruci, cui aspersus Christi sanguis dedisset pretium. Credebatur id afferere hunc in finem, ut Anglia de his reliquiis non minus quam Francia de cruce gloriaretur. Addebat, eas in Angliam esse missas, ut ibi melius afferarentur quam in Syria a Christianis pene destituta. Denique cunctorum Præfulum præsentium nomine declaravit, ipsos sacrosanctum ibi sanguinem venerantibus sex annorum & centum quadraginta dierum indulgentiam concedere.

Inter astantes tamen erant, qui murmurarent, ac de facti veritate dubii quærerent, quomodo Christus integer redivivus in terra suum reliquisset sanguinem credi posset? Ergo Episcopus Lincolniensis Robertus Capito præsentibus allocutus qui cœpit, ac ex apocrypho (ut ipse fatebatur) libro excerpta relatione nixus, dicebat, Josephum ab Arimathæa exempto de cruce Christi corpore solite collegisse vulnere ac præsertim lateris sanguinem, & aquam ipsam ad lavandum corpus adhibitam; dein Nicodemo suæ operæ socio dedisse partem; & sic hunc thesau-

Additam.
p. 1087.

Sæcul. XIII.
A.C. 1247.

thesaurum a patribus ad filios, tandemque ad Robertum Hierosolymitanum per id tempus Patriarcham pervenisse. At hæc longa traditio, & per duodecim sæcula conservatio pretiosi sanguinis probanda erat. Episcopus Lincolnensis addebat, Regem Angliæ mera ex liberalitate ac modo longe nobiliore has reliquias obtinuisse, quam Regem Galliarum, aliquot abhinc annis pecunia emptas. Ad oppositionem a Christo reviviscente ductam reposuit, sanguinem ejus, in terra relictum, esse similem illi, quem nos per incisionem venæ aut aliter mitteremus, & cujus amissio vivi corporis integritati non obstaret.

Sup. Lib.
LXXXI.
§. 26.

FINIS TOMI XX.



INDEX